



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies primus et secundus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1866

De S. Meinulpho Diacono Budicæ In Dioecesi Paderbornensi in Circulo
Westphalico. Commentarius Prævius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73889](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73889)

A *ipsum incubuisse, donec ad concilium Turonense anno 813 pro totius Gallicanæ ecclesie utilitate habitum, sese conferre, atque idoneum administrum tantisper gregi suo præficere, necesse haberit. At sciscitaberis forte, cum Turonensis illius concilii subscriptiones non exstent, nec alia monumenta antiqua Hieronymum nostrum inter hujus concilii Patres recenseant, qua ratione nos eum huic synodo interfuisse statuamus? Ad hæc pro responso sit, nos id ea ratione facere, quod habitum illo anno Turonibus concilium unum ex illis quinque sit, quæ, ut Annalista Loiselianus apud Bouquetum tom. V, pag. 62 aliique tradunt, tempore ætatis jussu Caroli Magni super statu ecclesiarum corrigenda per totam Galliam ab episcopis celebrata sunt, a qua proinde synodo, ubi de summi momenti negotiis agendum decernendumque erat, sanctum vigilemque episcopum, jussu Caroli Magni a metropolitano suo convocatum, abesse ulla ratione voluisse, nequaquam credibile est. Porro hoc Turonense concilium, non ex provinciæ tantum Turonensis episcopis,*

B *sed et ex trium etiam Aquitanicarum præsulibus congregatum fuisse, ad annum 813, num. 204 recte advertit Cointius, apud quem concilii canonem etiam exstant, sed, velut apud Labbeum, sine antistitem, qui ei interfuerunt, subscriptionibus.*

ac denique
tempus obitus
declarantur.

15 *Elapsis a Turonensi synodo annis circiter tribus S. Hieronymus, cum et latos in ea canones sua in diocesi executioni mandari curasset, seduloque, uti etiam apparet, instaurandis ecclesiis incumberet, mortalem cum immortalis vitam commutavit, nimirum, uti laudatus Parmenterius asserit probatque anno Christi 816, ac quidem die 5 Februarii probabilius, quam 5 Octobris, quo ejus festum coli assolet. Etenim in Nivernensi carta, 10 Martii anno 816 data, quam præfatus auctor laudat, comparat episcopus Jonas, Sancti nostri successor, ac proin Hieronymus*

ad usque diem 5 Octobris, ejusdem anni in vicis esse non potuit. Haud ergo absimile vero est, diem 5 Februarii, qui in Usuardino auctario supra laudato ei sacer notatur, emortualem ei obtigisse, diem contra 5 Octobris, incerta hactenus mihi ex causa, ejus venerationi præcipue fuisse dicatum. Ut sit de hoc determinato emortuali die, ex dictis indubitatum est, emortualem annum cum Cotignono aliisque ad annum 818 differri non posse, ac ne quidem ad annum 818, contra ac Cointius tom. VII Annalium eccles. Franc. pag. 496, num. 24 prius innuerat, quem tamen errorem tom. VIII, pag. 649, num. 6 nobiscum sentiens, his verbis veri amans scriptor, ex parte correxit: Jonas in episcopatum (Nivernensem) sancto Hieronymo successit. In codice Nivernensi duæ chartæ duodetricesima videlicet ac quadragesima secunda, quæ Antidium erga basilicam sancti Cyrici munificum prædicant, Hieronymo proxime subrogant Jonam, et hunc testantur sedisse IN MENSE OCTOBRIO, UBI FECIT DIES TREDECIM, ANNO QUARTO REGNANTE LUDOVICO HIC IMPERATORE, id est, secundum diversas epochas imperii Ludoviciani vel anno Redemptoris 816, vel sequenti. Hactenus Cointius, et recte quidem, ut jam monui, quantum ad annum Christi 816, quem tamen Sancto emortualem statuere fidentius poterat, tum quod in edita anno 817 Nivernensi carta Antistes noster BONE MEMORIE et dominus QUONDAM Hieronymus episcopus ac præfatus QUONDAM præsul vocetur, quæ voces illum ante annum 817 obiisse innuunt, tum præcipue et unice, quod in alia Nivernensi carta, 10 Martii anno 816 edita, Hieronymi in Nivernensem cathedram successor Jonas compareat, qui, uti Cointius loco mox citato subdit, Saviniacense oratorium, quod decessor Hieronymus erexerat, canonicis ecclesiæ suæ donavit. Plura de hoc Sancto, quod vehementer doleo, salva veritate commemoranda non inveni.

AUCTORE
C. B.

DE S. MEINULPHO DIACONO

C **BUDICÆ IN DIOECESI PADERBORNENSI IN CIRCULO WESTPHALICO.**

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

C. B.

§ **I. Monasterii Budicensis situs: Sancti memoria in Fastis sacris: Acta a quibus scriptoribus antiquioribus exarata, et quæ edenda.**

ANNO VEROSIMILIS DCCCLVII
AUT CIRCHTER.
Monasterii
Budicensis
notitia varia-
que illius et
Sancti nomi-
natio:

In Paderbornensi circuli Westphalici episcopatu Burenam inter et Paderbornam haud procul a dextera fluvii Alme ripa adjacentemque huic, quæ tribus circiter milliariis Gallicis Meridum versus Paderborna distat, Wevelsburgensi arce, situm est non ignobile canonicorum Regularium Congregationis Windesheimensis monasterium, quod, quamquam subinde Boddike seu Boddiken, Bodike, Bodiken, Budiken, Budekem, Bodekem, Bodechen, Bodehem, aut Bodi-

cken vocatum invenitur, Westphalice tamen communiter Bodeke seu Bodeken, Bodeke, Boddiken, Boddichen aut Bodeken; Latine vero Bodeca seu Bodeca, Bodica, Bridica, Bodeka vel Bodicon, aut tandem etiam, et quidem receptiori nunc, ideoque hic deinceps usurpanda, appellatione Budica seu Bodeca nominatur. Sacris virginibus seu sanctimonialibus, quibus tandem temporis lapsu substituti fuere canonici Regulares, condidit id primum in horrida proprii fundi solitudine, sylvis undique geminisque celsissimis montibus circumdata, S. Meinulphus, ecclesiæ Paderbornensis

AUCTORE
C. B.

bornensis diaconus, qui, non secus atque illud, varias apud varios scriptores nominis sui efformationes sortitur, utpote ab aliis quidem Meinulphus seu Meinulfus, Meynulphus, Meynullus, Maynulphus, Mainulfus aut Mainulphus; ab aliis vero Menulphus, Meinolphus seu Meinolfus, Menolfus, Meynolphus, Maynolphus, aut tandem etiam Maginulphus nuncupatus. E diversis hęc Sancti nomenclationibus hic vel idcirco deligo omnium priorem, quod a scriptorum parte longe majori inveniam adhibitam. Hęc interim, ut ad diversos modos, quibus tum ipsiusmet Sancti, tum conditi ab eo monasterii nomen in Commentarii hujus decursu inveniet expressum, studiosus lector hæreat, visum est ad datum cænobii Budicensis situm adjungere; lubet nunc adhuc præsentis § antiquiorum scriptorum, qui res, ad S. Meinulphum spectantes, litteris sunt complexi, notitiam subministrare cum Fastis sacris præcipuis, quibus ipsius nomen hodie inseribitur. Ab hisce duco initium.

hic, etsi Mill. classicis inscriptus non sit,

B 2 E martyrologis antiquioribus, quos classicos vocamus, nullus omnino S. Meinulphi meminit, nec mirum: omnes enim ante annum 876, quo sane ex dicendis nondum Sanctorum honores publica legitimaque auctoritate S. Meinulphus fuerat adeptus, Martyrologia sua (adi Sollerium in Præfatione ad Usuardum) concinnarunt; etsi vero Castellano, qui Notkerum, omnium illorum recentiorem, anno circiter 894 scripsisse, in sua ad priorem Martyrologii Romani Gallice versum Admonitione pag. 24 affirmat, esse forte assentiendum, nec sic tamen foret, cur miraremur martyrologi hujus de sancto nostro silentium: hic enim, uti infra ostendam, cultu Sanctis proprio legitimoque, sacris ejus exuviis a Bisone, Paderbornensi episcopo, de terra levatis, honorari primum cepit vel paulo post annum 894, vel certe non diu ante; quod si autem primum, ut quid, quæso, Meinulphum commemorasset Notkerus? Si secundum, rem procul a monasterio Sangallensi, in quo monachum agebat, recentiori memoria gestam verosimillime ignoravit. Ut sit, is eundem martyrologus, non secus ac reliqui omnes classici, hodie omittit Meinulphi memoriam.

in Usuardo tamen Lubeco-Coloniensi aucto,

C 3 At vero quævis res ita habeat, non pauci alii, qui eam in Fastis sacris a se contextis consignent, recentiores martyrologi occurrunt, ac in primis quidem inter Usuardina apud Sollerium Auctaria Usuardus auctus, uno eodemque anno 1490 binis vicibus, altera Colonia, altera Lubeca typis excusus, perque Usuardum Lubeco-Coloniensem ob accuratam utriusque editionis in omnibus consonantiam designari a Sollerio solitus sanctum hodie ita memorat: In territorio Paderbornensi, monasterio Bodecensi, depositio sancti Maynulphi, diaconi et confessoris. Atque hujus quidem Usuardi auctor, seu potius (uti hic hac voce fas sit) augmentator, omnium est, qui typis exstant excusi, hagiologorum antiquior, apud quem sancti memoriam hodie inveniam signatam. Verum unde hanc hausit is scriptor? Erstat penes nos antiquum ecclesiæ Paderbornensis Calendarium Ms. quod Joannes Grothausius, Societatis sacerdos, qui illud, in Herisensium canonissarum ecclesia repertum, seculo præterito nobis descripsit, ætate Caroli Magni imperatoris existimavit confectum, postque Sanctis, ecclesiæ Paderbornensi propriis, sub Imado episcopo, qui ab anno 1052 ad annum 1076 sedit, aut etiam nonnihil citius fuisse auctum. Ex hoc

antiquo adeo monumento, utpote S. Meinulphum D his verbis Sancti Mainulfi diaconi hodie commemorante, sacram hujus, quam celebrat, memoriam forte depromperit Usuardi Lubeco-Coloniensis auctor, aut, quod non nemini forsitan verosimilius apparebit, e notitiis, vel Paderborna vel ex ipso Budicensi monasterio acceptis.

4 Certe ex hujusmodi notitiis profuissent apparet Sancti annuntiationem, quam ad hunc diem pariter suppeditat Ms. nostrum, quod anno 1486 se complevisse, ipsemet auctor in fine asserit, Sanctorum Florarium. Ita vel idcirco opinor, quod annuntiationi adjungatur elogium, multa, que a mox laudato Calendario absunt, completens. Juvet illud, etsi prælixius, huc transcripsisse, quod usui infra futurum adhuc sit. Sic habet: In Westphalia diocesi Paderbornensis natale beati Meynulphi archidiaconi et confessoris de Ordine Regularium, qui a beato Karolo Magno de sacro fonte levatus, postmodum, crescente scientia cum ætate, in tantum profecit, quod ejusdem loci episcopus ipsum Fratibus monasterii præfatæ ecclesiæ adunavit. Huic Dominus locum per visam multitudinem cervarum innotuit, ubi monasterium construeret, in quo usque hodie canonici regulares Deo deserviunt ad sacra ejus ossa, que usque hodie miraculis choruscant. Obiit anno Salutis 857. Sintne omnia, que hic traduntur, veritati certe consona, quisque ex dissidentis facile eruet. Perge nunc ad Usuardum Greveni anno 1513, iterumque anno 1521 Colonia Agrippina excusum, atque inter Usuardina Auctaria a Sollerio pariter relatum.

in Florario nostro Ms.,

5 Meinulphus in hoc hodie ita signatur: In diocesi Paderbornensi monasterio Budicensi sancti Meynulli, diaconi et confessoris, Qui tempore Karoli Magni in fundatione Paderbornensis ecclesiæ, vita et miraculis inclytus, beato fine quievit. Annuntiatio hæc partim iisdem fere dumtaxat verbis, quibus Lubeco-Coloniensis supra hic transcripta, partim additione aliunde accepta constat. Verum quid de hac censendum? Cum Sanctus, uti ex dicendis pronum erit colligere, sub Carolo Magno nec miraculis inclaruerit, nec beato fine ad Superos migrarit, e notitiis indubie erroneis fuit deprompta. Observare ita verosimillime tandem Molanus, utpote qui, illa ipsa additione, quam in priori Usuardi a se illustrati editione 1568 Lovanii adornata, usurparat, a posterioribus ejusdem Operis sui editionibus refecta breviter dumtaxat in his Sanctum ita commemorat: Budica, monasterio diocesis Paderbornensis, sancti Meinulphi, diaconi et confessoris. Porro alii adhuc, nec pauci, qui post Grevenum et Molanum Fastos sacros typis vulgarunt, recentiores hagiologi Meinulphum hodie pariter celebrant, Canisius scilicet seu potius Walasserus in Martyrologio Germanico, Rosweyda in Fastis Sanctorum, Ferrarius in Catalogo generali, Balinghemus in Calendario Mariano, Gelenius in Fastis Agrippinensibus, Castellanus in Martyrologio universali, ac tandem etiam, licet interim Sanctus monachum professus haud fuerit, Wionus, Dorgainus, Menardus et Bucelinus in Hagiologiis suis Benedictinis.

Cur id etiam in Romano hodierno non fiat.

6 At vero ut quid Meinulpho locum non dedere in Martyrologio Romano eruditissimi, qui id reformarunt, viri plerasque ad Usuardum factas, quas apud Molanum reperere, additiones adoptare alioquin soliti? Fecerunt id verosimillime, quod anno 1584, quo Martyrologium Ro.

A Romanum Gregorii XIII Papae jussu correxerunt aucteruntque, S. Meinulphi sanctitatem non satis habuerint perspectam. Ita autumo, quod Baronius, qui unus ex his fuit, Annalium Ecclesiasticorum, quorum tomum primum anno demum 1588 typis vulgavit, tomo IX ad annum 816 de S. Meinulpho ita scribat: Fuit hic diaconus ecclesiae Paderbornensis, qui egregia claruit sanctitate, ut ejus vitae Acta significant; videantur autem eruditissimi illi viri Sanctum Romano fuisse inserturi, si, cum anno 1584 in hujus reformationem operam suam conferrent, sanctitatem illius eo, quo eam postea se novisse, hic innuit Baronius, modo habuissent compertam. A Fastis sacris, quibus Meinulphum hodie insertum, modo docui, ad antiquiores, qui res ad eum spectantes calamo exceperunt, scriptores, seu, si mavis, horum lucubrationes sermonem conuerto.

Sancti Vitam scripsit Sigewardus:

B 7 Haec inter primo loco memoranda venit Sancti Vita, quam integram, e veteri Ms. Bibliotheca Abdinghoffsensis codice descripsit, anno 1681 typis Neuhusianis, una cum SS. Meinverci et Heimeradi Actis, in lucem primum protulit Observationibusque illustravit Adolphus Overhamus Ordinis S. Benedicti Werthinensis monachus. Praefert haec Prologos duos diversos, quorum alter dedicationis, alter praefationis, ad lectorem directae, locum quodammodo obtinet. Ab ipso statim prioris Prologi seu dedicationis initio auctor tum suum, tum etiam illius, cui lucubrationem suam inscribit, nomen prodit hinc hinc versiculis:

Albino patri digno constanter amari

Filiolus parvus fidei vinclum Sigewardus. Albinum hic memoratum, qui litteras politiones forte docuerit, quidam ex amicis orarat, ut S. Meinulphi Vitam, nondum sat apte limaeque descriptam elegantiori comptiorique stylo concinnaret, hancque ille provinciam Sigewardo, discipulo suo, commendavit, qui et magistri sui ea in re voluntati obsequenter se praebuit. Docet haec in priori pariter e duobus praememoratis prologis ipsemet Sigewardus, aperte etiam ibidem indicans, sibi in adornanda lucubratione sua scriptorem antiquiorem praeferuisse, cujus asserta omnia sententiasque accurate expresserit, ita tamen ut, si quando hic vel exaggeratione vel extenuatione usus sit, qualemcumque hunc ille seu excessum seu defectum emendavit; quod tamen qui facere tuto potuerit, nec edidit, nec satis intellego.

unde hic illam hausit,

C 8 Audi illum suismet verbis loquentem. Cautio animae, inquit, quae in historiis sacris plus nudam rei veritatem, quam luculentae orationis leporem jubet exquirere, et artissima lex alieni itineris me scientem subire cogunt viam fidi interpretis. Dico autem alienum iter; quia me quidam in ejusdem Operis cursu praecesserat, cujus me non mutare sententias, magistra veritas imperat. Solus tantum verborum ordo mei stili disponendus relinquatur officio: immo etiam, si quid praecessoris mei sermo vel diminutione languit, vel excessit incrementor hoc sanandum permittitur meae curationis medicamento; ac, nonnullis deinde interpositis, ita concludit: Si quis dignum ducat lector accedere huic Operi nostro, hunc per illud extremi iudicii aequissimum examen iterum atque iterum obsecro, ne meum recens dictum mendacii culpa velit notare, cui testimonium perhibet auctoritas veteris scripturae. Vetus haec scriptura seu primitiva S. Meinulphi Acta, quorum auctoritatem et fidem sese sequi, verbis recitatis profitetur Sigewardus,

penitus intercidisse videntur, ipsumque auctoris, qui ea concinnavit, nomen in obscuro reliquit idem hic Sancti biographus, paucas etiam dumtaxat suppeditans notas chronicas, easque tales, ex quibus non nisi late rerum gestarum, quas efficiunt, tempus queat determinari. Adhuc quis ipsemet fuerit, quo seculo, quae aetate vixerit, nusquam vel verbo prodit, nec aliunde, ut apparet, certo quisquam definiat.

D 9 Laudatus Overhamus in suis ad Meinulphi Vitam Observationibus sic scribit: Habuit saeculo xii Mindensis ecclesia ab anno 1122 usque ad 1140 episcopum Sigewardum, eademque fere tempestate Albinum sive Albinum antistitem ecclesiae Mersburgensis: verum fueritne Sigewardus iste Albini hujus aliquando discipulus, omnino incertum est. Propius fortasse a vero abiit, qui Sigewardum, teste Schafnaburgensi, anno 1039 Fuldensem factum abbatem, auditorem antea dixerit fuisse Albini sive Albuini, quem chronologus Hildesheimensis (vide Chesnium tom. III Scriptorum pag. 523) ad annum 1034 in philosophica arte eruditissimum, Herfeldiae praepositum et prius scholae ibidem magistrum famosissimum, abbatem denique Nienburgensem (eodem scilicet anno 1034 creatum) celebrat; cum hi et loco, aetate vitaeque instituto sese propius contingant, eaque sit codicis Abdinghoffsensis vetustas, ut ad horum fere aetatem referri queat; quamquam et haec opinio intra conjecturae limites consistat. Hactenus ille, et recte enimvero, ut quis, qualisque fuerit Albinus seu Albuinus, quis Sigewardus, quo saeculo, quae aetate ambo floruerint, eo saltem, quo fieri potest, modo lectorem edoceat; e duabus autem, quas eam in rem verbis huc transscriptis facit, conjecturis probabiliores autumo posteriorem, nec, quavis adhibita diligentia, alium usquam invenire quivi Sigewardum, cui ea, de qua hic sermo, est, Sancti nostri Vita aequae apte queat, quam ultimo, per Overhamum assignato, attribui.

AUCTORE C. B.

quis probabilius fuerit,

E 10 Quod si porro hunc illa, ut habere potuisse videtur, re etiam vera habuit auctorem, uno amplius sesquiseculo, cum Sigewardus quidem anno 1039 Fuldensem, Albinus vero seu Albuinus anno 1034 Nienburgensium factus sit abbas, post S. Meinulphi obitum, anno ex disserendis 857 aut circiter verosimiliter statuendum, fuerit elucubrata, ut fidem omnino indubitam in illa etiam hypothese non mereatur. Nec juvat, ex scriptore antiquiori, ut jam monui, fuisse depromptam; hic enim, utpote ex quo Sancti translationem, saeculo ix fere elapso factam, miraculaque diu etiam post, ut apparet, secula, Sigewardus narret, uno ut minimum circiter saeculo a Sancti obitu scriptis videtur, imo vero, cum Sigewardum, Sancti biographum, cum Sigewardo, Fuldensem abbate, mox memorato esse eundem, penitus non constet, multo etiam serius forsitan scripserit, dubitarique idcirco non immerito potest, an ubique in iis, quae de S. Meinulpho memoriae prodit, veritatem attigerit, uti in Commentarii hujus decursu uberius declarabitur. Interim quisquam fuerit, et quocumque tempore floruerit Sigewardus, Sancti nostri biographus, hoc equidem scripserit, cum eo nec antiquiorem, nec meliorem, qui de Meinulpho tractet, habeamus, standum puto in iis, quae aliunde nequeunt falsitatis vel convinci, vel merito reddi suspecta.

et quam fidem mereatur.

F 11 Diu admodum post Sigewardum, atque adeo etiam post scriptorem antiquiorem, e quo is hausit

auctore
C. B.
Diu post illum
floruit Gobelinus, alter
Sancti biographus:

hausit, floruit Gobelinus Persona, post alia, quae Paderbornae obiit, munia Forensis etiam pastor ac officialis ibidem, et ecclesiae collegiatae S. Mariae Bileeldiae decanus, contexto universali Chronico, quod Cosmodromium seu Mundi cursum inscripsit, orbi litterario apprimè notus, qui anno 4358 (adi, quam Cosmodromii Gobelini editio- nibus, a se adornatis, praemisere Senior et Junior Meibomius, Gobelini Vitam) in Westphalia natus est, saeculoque proxime sequenti, non tamen ante decimum octavum, utpote ad quem ab orbe condito suum Cosmodromium deduxerit, illius annum, sexagenario verosimillime major excessit e vivis in monasterio Budicensi, in quo a sanctimonialibus ad canonicos Regulares jam tum translato, canonicum Regularem negotiorum pertaxus tandem induerat. Alteram hic Sancti Vitam, seu potius Vitam, per Sigewardum scripte, paraphrasim, notis chronicis tamen, aliisque additamentis subinde auctam, concinnavit ex diversis scripturis antiquis et ex rerum gestarum sibi cognitarum occursum, uti ipsemet loquitur in Prologo, in quo etiam indicare videtur, sese id fecisse, cum nondum diu canonici Regulares, quod ex dicendis anno 4409 evenit, in monasterio Budicensi sanctimonialibus fuissent substituti. Verba ejus huc facientia describo. Canonici Regularibus, inquit, in villa Bodeken ad reformandam ecclesiam illam, qua corpus praedicti Sancti (Meinulphi videlicet) requiescit, vix institutis laetus obsequia exhortationis impendi, et ut multi gratia spiritus illius possint esse participes, qui una mecum in chordis et organo Dominum laudent, ex diversis scripturis antiquis et ex rerum gestarum mihi cognitarum occursum ad laudem Dei, sancti Meinulphi honorem et ad aedificationem proximi de vita et miraculis istius Sancti nec non gestis aliis, ad haec infra dicenda opportunis, collegi.

hujus lucubratio cum Sigewardina confunditur a Browero,

42 Ita Gobelinus, qui verosimiliter etiam Sancti Acta litteris non mandarit, nisi cum jam Budicæ, quod quo anno primum fecerit, non comperio, canonicum Regularem prosteretur. Hæc Gobelini lucubratio, quam prologo mutilam styloque mutato, in suam Vitarum collectionem intulit Surius, aberrare fecit Browerum: hic enim illam, quæ fuisset non stylotenus tantum mutata a Surio, sed etiam interpretandi licentia, vel ab hoc ipso scriptore, vel ab alio varie interpolata, ipsissimam esse patavit Vitam, e qua in libro, quem Sidera Germaniæ inscripsit, Segmenta aliquot Actis S. Meinweri, a se ibidem editis, subiecit. Verum hæc alia non est, quam Sancti Vita, a Sigewarda conscripta, uti quisque, qui hanc cum Segmentis, a Browero vulgatis, contulerit, facile perspiciet. Nec est tamen, cur propterea mirere, id non perspexisse Browerum; cum enim hic scriptor anno 4616, quo sua Germaniæ Sidera publici juris fecit, integram Sancti Vitam eacusam, utpote quæ anno demum 4686 typorum beneficio prodierit, videre non potuerit, illiusque Ms., quo usus est, exemplar ad modum exemplaris, quod apud nos e codice Hærdelusano descriptum exstat, binos supra memoratos Prologos, quorum prior auctorem, aliunde minime dignoscendum, Sigewardum prodit, non prætulit, qui, quæso, vel conjectare potuisset, fuisse ab hoc Sancti nostri Vitam conscriptam, hancque esse eandem cum illa, e qua Fragmenta aliquot ederet? Attamen cum de stylo, quo, quam vulgavit, Vita exarata est, pronuntiat; Character sermonis tritum illud cacoethes rhythmicæ locutionis habet,

quod ingeniose, ut putabant, isocolis et anti-stæchis efficiebant; stylo autem longe dissimili in Cosmodromio suo utatur Gobelinus, idcirco saltem, an hunc illa vere habuerit auctorem, potuisset revocare in dubium.

43 Certe hæc de re in præviis suis ad Gobelini Cosmodromium Monitis re ipsa illo ex capite tom. I Rerum Germanicarum dubitavit Meibomius Junior, et sane non immerito: at vero, an Vita, quam, stylo mutato, Gobelini nomine edidit Surius, Gobelino re ipsa debeat attribui, ibidem etiam is ambigendum duxit, tum ex eo, quod hanc cum Vita, e qua Browerus Fragmenta aliquot protulit, non secus atque hic scriptor, perperam putarit eandem, tum etiam ex eo, quod Gobelinus, eum in Cosmodromio suo ætate 6, cap. 40 de S. Meinulpho agit, Vitam illius se scripsisse, ne vel verbo indicet: quod postremam (de primo enim jam dictum est) argumentum ut refellam, nequivit Vita S. Meinulphi a se scripte citato Cosmodromii cap. meminisse Gobelinus; illam enim non prius, quam cum jam hoc exarasset, in litteras misit. Rem sic ostendo: Meinulphi Vitam, ut docui, non concinnavit Gobelinus, nisi cum jam canonici Regulares Budicæ fuissent sanctimonialibus substituti; ante autem, quam hoc fieret objectum Cosmodromii caput eum conscripsisse, vel ex eo liquet, quod aliquin hæc verba, usque ad tempora nostra perduravit, nunc vero... desolationi proximum est, quæ ibidem, de monasterio Budicensi, pro sanctimonialibus per S. Meinulphum exstructo, faciens sermonem, pronuntiat, alia hæc sequentia, usque ad tempora nostra perduravit; nunc vero ad canonicos Regulares transit, aut certe æquivalentia fuisset substitutus, uti quisque, quantum opinor, fatebitur, qui rem mature expenderit. Perperam igitur, an Vita, quam, stylo mutato, Gobelini nomine edidit Surius, Gobelino vere debeat attribui, in dubium idcirco revocat Meibomius Junior, quod lucubrationis illius mentio in Cosmodromio a Gobelino omittatur.

44 Ea nihilominus de re etiam Bollandus noster, alia tamen ratione impulsus, in Commentario Historico, Actis S. Liborii, primo seorsum editis ac dein in tom. V Julii illatis, præmisso, num. 11 dubitat, imo vero insuper conjicit, lucubrationem illam a Gobelino non esse elaboratam, quod in ea, cum de occasione modoque conditi a S. Meinulpho Budicensis monasterii sermo est, voti a Sancto apud Cenomanos de monasterio illo extruendo nuncupati mentio non fiat, cujus tamen in Cosmodromio ætate 6, cap. 41 meminit Gobelinus, de S. Liborii e Gallia in Westphaliam translatione sic scribens: Anno igitur Lodewici (Pii imperatoris) 24 translatus est sanctus Liborius de civitate Cenomanica Gallia in qua quondam ipse fuerat episcopus, ad Paderbornam Westphaliæ, Aldrico Cenomanensem et Badurado Paderbornensem regentibus ecclesias... Et quidam clericus ecclesie Paderbornensis, Ido nomine, conscripsit miracula, quæ vidit in translatione sancti Liborii, et habentur scripta in ecclesia Paderbornensi supradicta. Et Erconradus diaconus ecclesie Cenomanensis scribit eadem miracula, prout ea se vidisse testatur. Et ipse scribit, quod legati episcopi Baduradi pro reliquiarum sanctarum receptione missi Cenomanicam principales fuerunt Folodagus, advocatus episcopi Baduradi, Meinulphus archidiaconus, Adelbertus presbyter, Aldricus diaconus et Drudwinus subdiaconus. Et quod Meinulphus

D

et an vero Gobelini sit, dubitatur a Meibomio Juniore.

E

Item etiam fit a Bollandi nostro; sed aliam ob causam,

F

A nulpus in ecclesia sancti Vincentii Cenomanensi vovit monasterium sanctimonialium fundare in honorem beatae Mariae et sancti Liborii in loco, qui dicitur Bodicon. Eodem tempore floruit Rabanus poeta, abbas Fuldensis.

que ab Overhamo impugnatur,

43 Verum, inquit quantum ad substantiam in suis ad S. Meinulphi Vitam Observationibus pag. 416 Adolphus Overhamus, in membranaceo Gobelini codice, iis omnibus, e quibus scriptoris hujus Cosmodromium fuit typis vulgatum, codicibus antiquiori, citato ætatis 6 cap. 41 solum hæc leguntur primaria manu scripta: Anno imperii Ludewici 23 translatus est sanctus Liborius de civitate Cenomanica Galliae, in qua quondam ipse fuerat episcopus, ad Paderborne civitatem Westphaliae, Aldrico Cenomanensem et Badurado Paderbornensem regentibus ecclesias. Et quidam clericus Paderbornensis ecclesiae, Ido nomine, conscripsit miracula, quæ vidit in translatione S. Liborii, et habentur scripta in ecclesia Paderbornensi supradicta. Eodem tempore floruit Rabanus poeta, abbas Fuldensis; ubi una cum multis aliis verba illa, Et quod Meinulphus in ecclesia sancti Vincentii Cenomanensi vovit monasterium sanctimonialium fundare in honorem beatae Mariae et sancti Liborii in loco, qui dicitur Bodicon, quibus votum a S. Meinulpho apud Cenomanos nuncupatum memoratur, ab ipso textu absunt: cum autem nihilominus legantur addita ad marginem alia manu et caractere longe recentiori, fuerint verosimillime in textum seriemque historiae dumtaxat recepta a librariis, qui codices recentiores, in quibus ea reperiuntur, conscripserunt. Ita fere, ut dicit, quantum ad substantiam Overhamus, cui minime adversatur tomo I Rerum Germanicarum pag. 349 Junior Meibomius; suffragatur vero etiam, et merito quidem, in Monumentis Paderbornensibus, anno 1672 editis, pag. 220 Ferdinandus, Paderbornensis episcopus.

16 Nec est, cur pro verbis illis Cosmodromio; seu, si malis, Gobelino hujus auctori vindicandis in subsidium Paderbornensis Chronica,

C 16 Nec est, cur pro verbis illis Cosmodromio; seu, si malis, Gobelino hujus auctori vindicandis in subsidium Paderbornensis Chronica, in bibliotheca nostra asservatam, in qua, Gobelino etiam attributa, cap. 9, ut Bollandus Commentarii supra laudati num. 17 affirmat, iisdem fere verbis, quibus in ambabus Cosmodromii Gobeliniani editionibus, a Meibomio Seniore et Juniore adornatis, S. Liborii e Gallia in Westphaliam translatio memoratur; quamvis enim Chronicon illud verba supra recitata, quibus votum a Meinulpho apud Cenomanos de condendo Budicensi parthenone emissum prodit, recipi etiam loco per Bollandum cit. exhibeat, titulumque, quo Gobelino Personae discrete adscribitur, in capite præferat, auctorem tamen, uti hinc arbitratus est Bollandus, Gobelinum Personam non habuit. Liqueat id ex ipsomet, cui magis, quam præfato titulo, utpote recentiori dumtaxat manu adscripto, fulendum est, Chronici Prologo, ita circa mediam sui partem habente: Quia particularia gesta proborum virorum tam secularium quam spiritualium istius patriæ (diocesis Paderbornensis scilicet) in codicibus nominatis non habentur, feci, quod potui: hinc mihi codicillos perantiquos, ubicumque comperire potui, accommodavi non sine aliquo labore et sollicitudine. Nam in liberaria summi collegii Paderbornensis scrutinium feci, sed voti mei compositus non fui. Similiter et in aliis locis quam plurimis scrutando, interrogando vix aliquem

repperi, quo michi satisfactum crederim; famosius tamen nihil inveni libello eo, quem auctor suus Cosmidromium, id est, Cursum mundi intulavit: quem quidam canonicus ecclesiae Bilveldensis, nomine Gobelinus, composuit, vir, ut liber iste per se fert, doctus et eruditus et multarum rerum non ignarus. . . Prædictus iste Gobelinus primo in Forensi ecclesia Paderbornensi pastor, postea canonicus in Bilveldia pro divino amore et honore non parum laborabat. . . tandem apud canonicos Regulares in Bodiken manens (utrum in habitu, an non, non compertum habeo) vitam finivit, ibidem sepultus.

47 Quibus ex verbis sane manifestum fit, non esse Gobelinum Paderbornensis, de qua hic, Chronica auctorem, huncque proinde frustra vocari in subsidium pro asserendis Gobelino verbis, quibus in ambabus Cosmodromii Gobeliniani editionibus votum apud Cenomanos nuncupasse S. Meinulphus asseritur. Hinc porro jam consecrarium est, ut, etsi ea a S. Meinulphi, quam sub Gobelini nomine edidit Sarius, Vita absint, non sit propterea hæc uno illo argumento Gobelino adjudicanda. Et vero genuinum contra esse illam scriptoris hujus fetum, suadent tum Mss. exemplaria, penes me exstantia aliaque, quæ omnia Gobelini nomen præferunt, tum etiam descriptionis stylus, qui stylo, quo Cosmodromium exaratum est, omnino est similis, uti ex utriusque collatione quemvis judicaturum reor. Accedit, ea ipsa commenta, quæ de Saxonica gentis origine, deque Westphaliae et Paderbornæ nomenclatione in Cosmodromio occurrunt, pariter obruti in Vita, quæ Gobelino tribuitur. Lucubratiō hæc duas partes diversas, quarum altera Sancti Vitam, altera miracula, post obitum patrata, corporisque de terra levationem enarrat, complectitur; qua in re, uti etiam in plerisque, quæ refert, Vitæ per Sigewardum scriptæ supraque memoratæ apprime congruit, ut, quemadmodum jam innui, hujus fere dumtaxat paraphrasis esse videatur.

48 Illam nihilominus vel idcirco, quod sic futurum sit, ut cum Sigewardina lucubratione, quod a Browero et Meibomio Juniore factum, jam docui, deinceps non confundatur, Commentario huic, servato genuino Gobelini stylo, subjungam non secus ac Vitam, per Sigewardum concinnatam. Atque hanc quidem, quæ priorem locum obtinebit, ex editione Overhamiana, cum Fragmentis Browerianis nostroque Hardehusano apographo supra memoratis collata, recudam, ita tamen, ut, cum Overhamus totum Opusculum in binos libros, hosque in varia capita, quibus singulis etiam titulos, e propria penè verosimillime depromptos, affinxerit, pro mero suo, ut apparet, arbitrio fuerit partitus, aliam ego partitionem mori nostro in rebus hujusmodi magis accommodatam, adhibiturus sim, qua libris quidem capita, capitibus vero numeros, et uni quidem subinde duos aut etiam plures, substituam. Quod jam ad Vitam, a Gobelino exaratum, pertinet, quatuor hujus apud nos exstant apographa diversa, quorum duo, unde deprompta sint, nulla docet nota apposita; e duobus vero reliquis alterum e Bodecensis canobii Passionali pergameno Ms. insigni; alterum, quod etiam Annotationes nonnullas ad calcem adjectas habet, e Schedis Mss. P. Georgii Garnesfelt, Carthusiæ Coloniensis alumni, sacrarum in antiquorum eremitarum imagines Elucidationum auctoris, qui et ipse illud e Ms. monasterii Budicensis

AUCTORE
C. B.

locum obtinere non probetur, pro Gobelino concluditur;

F

Illud hujus Opus, non secus ac aliud Sigewardi, Commentario huic subditur,

F

AUCTORE
C. B.

dicensis codice acceperit, Annotationibusque mox dictis auxerit, notatur desumptum. E priori, facta cum posteriori collatione, Gobelinianam lucubrationem, in capita et numeros pro more nostro, ut commodius visum est, distinctam, excudam, additis etiam, quod et ad Vitam, a Sigewardo scriptam, faciam, Annotationibus, quibus, quæ obscura sunt, illustrentur, corriganturque, quæ correctione indigent, si id sufficienter in Commentario prævio præstitum non fuerit.

in cuius decursu duo præterea alia Opuscula, quorum hic

19 Porro duo adhuc, quæ nonnulla, ad S. Meinulphum spectantia, edocent, penes nos exstant antiquiora Opuscula, alterum anno demum 1731 e tenebris erutum Monachique typis vulgatum, alterum hactenus ineditum. Primum ex his, quod Chronicon monasterii Bodecensis inscribitur, divisum est in partes quatuor diversas, quarum prima de monasterii Budicensis fundatione, ejusque ad canonicos Regulares translatione, secunda de primo ejusdem monasterii Priore, tertia de sex Prioribus, ab anno 1120 usque ad annum 1155 illud ipsum asceterium moderatis, ac quarta denique de miraculis, per S. Meinulphi intercessionem sub septimo Priore patris, tractatur. Auctor illius est Joannes Probus, e Congregatione Windesheimensi canonicus Regularis in monasterio Budicensi professus. Hic, cum esset diocesis Paderbornensis clericus, canonicis Regularibus, anno 1409 in monasterium Budicense primum inductis, sese ibidem socium una cum binis aliis Paderbornensibus clericis, uti ipsemet part. 1. cap. 6 docet, statim adjunxit, vitamque in sancto illo instituto ad annum ut minimum 1455 (miraculum enim, S. Meinulphi patrocinio tunc patratum, part. iv, cap. 6 narrat) indubie protraxit, ut adeo in narrandis iis, quæ, sive ad monasterium Budicense, sive ad S. Meinulphum spectantia, medio illo temporis spatio, inter annum 1408 et annum 1456 elapso, accidere, summam utique fidem mereatur: quam an etiam sibi adjungat, dum nonnulla alia, ætatem suam prægressa, refert, in decursu, si quando de iis sermo occurrat, discutiam.

datur notitia,

20 Ad Opusculum Ms., hactenus ineditum, jam pergo: hoc, quod magnæ admodum molis non est, monasterii Budicensis ad canonicos Regulares translationem, ejusdemque reformationem exponit. Auctor nomen suum nusquam prodit; nonnulla tamen suppeditat, quibus esse idem, qui alteram e Sancti Vitæ supra memoratis scripsit, Gobelinus Persona queat non immerito videri. Fuit enim, uti ipsemet docet, Joannem de Wale, canonicorum Regularium Suëllis Priorem, monasterium Budicense, antequam hoc ille reformandum acciperet, anno 1408 visitantem, comitatus, postque ecclesiasticum, cui Budicensis parochia ob unius e Wevelsburgensibus fratribus dynastis contumaciam fuerat subjecta, interdictum, in quantum id monasterium Budicense hujusque ecclesiam spectaret, curavit levandum: adhuc contra nonnullos, uti ipsemet pariter docet, capituli Paderbornensis canonicos Wilhelmo Montensi, Paderbornensium episcopo, Budicensis monasterii reformationem atque ad canonicos Regulares translationem quam maxime desideranti, constantissime adhæsit, cumque sævissimam deinde adversus se notam cerneret tempestatem, Paderborna alio se contulit; quæ omnia in Gobelinum Personam optime quadrant, utpote qui et officialis Paderbornensis munere functus sit, col-

lapsæ in religiosis familiis disciplinæ instaurandæ impense studuerit, hæcque occasione Bilveldiam Paderborna secedere fuerit compulsus, uti in ejus Vita apud utrumque Meibomium loco supra citato est videre.

21 At vero Opusculi, de quo hic, auctor, cum de tentata a Paderbornensi episcopo, astuque a mulieribus Budicensibus impedita reliquiarum S. Meinulphi ex ecclesia Budicensi ad Paderbornensem translatione sermonem instituit, fuisse refert hæc ab illis, appropinquante episcopo, in quodam equorum stabulo, turri ipsius ecclesiæ (Budicensis scilicet) versus Austrum affixo, sub paleis occultatas; id vero retro quandam capsam intra ecclesiam factum, ait in Cosmodromio suo ætat. 6, cap. 90 Gobelinus; quo hic occurrente inter hunc scriptorem et Opusculi auctorem dissensu fit, ut, an is sit Gobelinus, magnopere dubitem, maxime quod stylo etiam alter ab altero nonnihil dissidere videatur. Utut sit, Opusculi equidem auctor, quem præterea, utpote rerum minoris dumtaxat momenti scriptorem, nomine tenus nosse, non multum refert, suismet oculis, quæ scribit, pleraque conspexit, suamque, quæ admodum ipsemet in fine indicat, lucubrationem anno 1447 absolvit. Hæc, aliæque supra expensa, quæ Joannem Probum habet auctorem, in Commentarii hujus decursu, etsi neutra typis integra sit excudenda, usui subinde erunt, maxime cum de monasterii Budicensis ad canonicos Regulares translatione, cultu S. Meinulphi ibidem per hos instaurato, miraculisque, instauratorem hanc Sancti ejusdem patrocinio subsecutis, sermo instituetur. Usui erit et suis Paderbornensibus Annalibus Nicolaus Schatenus, Societatis nostræ sacerdos, aliique scriptores sive antiquiores, sive recentiores, quos, cum res feret, ferique poterit, nominatim expressos in medium adducam.

§ II. Illustre Sancti genus, patria, tempus natale.

Nobilissimo sane genere apud antiquorum Saxonum gentem (videsit de hac Operis nostri tom. II Octobris pag. 180) S. Meinulphum natum, Sigewardus, antiquior ejus biographus, a quo hæc in re nec Gobelinum, nec alium quemvis dissentientem invenio, luculentissime num. 6 docet. Verba, quibus id ibidem facit, hæc sunt: Tempore, quo gentem Saxoniam Karolus (Magnus nimirum) imperator imperio suo subegit, subactamque de idololatria ad fidem Christi transtulit, natus est de eadem gente (Saxonum, antiquorum scilicet) Mainulfus utroque parente admodum nobilibus. Ita ille, qui præterea Sancti matrem nuncupatam fuisse Wigthruth, num. 8 memorie prodit. Verum, quod fuerit vel parentis ejus nomen, vel nobilissimum illud, e quo ortus sit, genus, nusquam edicit, nec scio, an hoc vel apte hactenus a quoquam definitum sit, vel apte etiam, idoneis ad id deficientibus monumentis antiquis, definiri queat. Inter illustriores antiquioresque Westphaliæ, quæ Saxonie antiquæ pars fuit, familias non infimum locum tenuit, quæ, in dynastiam Buranam in episcopatu Paderbornensi ad fluvium Almam positam, tituloque Baronatus nobilitatam, diutissime dominata, præterito demum sæculo defecit in Mauritio Burano, qui, cum

D

usui subinde erunt.

E

E parentibus valde nobilibus natus est Sanctus; fuerit tamen

F

A cum ultimus esset masculus clarissimæ gentis suæ surculus, diuque tribunalis cæsareæ Spire egisset præsidem, sæculi tandem, in quo, nuncupato etiam jam inde ab incunte adolescentia castilitatis voto, caelebs vixerat, omnino pertæsus, Societati nostræ nomen dedit, in eaque, cum sociis, non minus exhibitis virtutum exemplis, quam collatis beneficiis profuisset, mortalem hanc vitam cum immortalis, uti merito confidimus, anno 1661 commutavit.

familia Burannus, ut Genealogiæ Burana auctor,

23 E nobilissima illa Regulorum Burenium familia oriundum tradi S. Meinulphum, in Fastis Agrippinensibus ante adhuc laudatis ait Gelenius. Nec tantum id tradi asserit, ast etiam pro vero Opusculum illud non Scioppium, sed Balthasarem de Bunnighausen, Mauriti Burani mox laudati quondam pædagogum ejusdemque deinde, Cameræ Spirensis jam præsidis, multis annis æconomum et in dynastia Burana locum-tenentem, habere auctorem, in Notitia, quam exemplari mihi prælucenti adscripsit, discrete affirmat Joannes Grothausius, Societatis nostræ sacerdos supra adhuc nominatus, qui, quamquam, unde id didicerit, non elicit, vera tamen vel idcirco prædicare videtur, quod, ut libris, qui falsos mendacesque titulos præferunt, solenne est, typographi nomine ordinariæ approbatione careat Burana, de qua hic, Genealogia, nec uspiam compareat in Scioppii Operum Catalogo, quem tom. XXXV Monument. de Viris in republica litteraria illustribus a pag. 178 usque ad pag. 230 Niceronus exhibet. Ut sit, illius equidem lucubrationis auctor, quisquam demum is fuerit, S. Meinulphum facit, ut jam supra innui, familia Buranum.

cujus hac de re verba, atque de antiquæ

24 Is porro, inquit de S. Meinulpho sub suarum in Buranum stemma Annotationum initium, erat ex adelingis de Buren. Ut autem qui fuerint apud antiquos Saxones delingi, astudiosum lectorem edoceat, verbis jam recitatis hæc sequentia, ab instituto nostro, uti ex dicendis patesceat, non omnino aliena, proxime jungunt: Sic enim, ait, tum in Saxonia (Antiqua videlicet, Westphalia etiam complexa) honoris causa appellabantur Reguli, hoc est, ii, qui in cives, colonos et milites sive ministeriales imperium obtinebant; quos hodie in Italia et Hispania Titulatos, in Germania Hoch undt wolgeborne, id est, Benenatos, inclytos, illustres aut illustrissimos appellant. Hanc ad rem pertinent, quæ Nithardus Carolini sanguinis heros scribit lib. iv de Dissensionibus filiorum Ludovici Pii: « Saxonum » inquit, « gens » omnis in tribus ordinibus divisa consistit: » sunt enim inter illos qui Edelingi, sunt qui » Frilingi, sunt qui Lazzi illorum lingua dicuntur: Latina vero lingua hoc sunt: Nobiles, ingenuiles atque serviles. » Quos vero Hispani Cavalleros, hidalgos aut gentilhombres, id est, equites aut nobiles, Itali Gentilhuomini, Germani Edle aut vom adel, id est, Nobiles, aut de nobilitate, hodie dicunt, illis ante hoc centum annos vix nobilis appellatio, in Germania saltem, tribui solebat, sed Vesti modo Germanice audiebant, id est, firmi, quasi quibus jus aliquod in colonos et servos superiori auctoritate confirmatum esset: ex quo haud scio, an et feudale verbum Investire formatum fuerit, quasi esset in Vestorum numerum

cooptare. Tales vesti eorum, a quibus investiti fuerant, milites et ministeriales et fideles dicebantur, Germanice Knecht, knabe vel schalk, quæ voces puerum aut ministrum significant, quarum postrema mansit adhuc in Marschalck, quo verbo significatur is, qui equilis præfecturam gerit, et a stabulo est, aliterque Comes stabuli dicitur.

AUCTORE C. B.

25 Mar enim Germanis dicebatur equus, et merrha, vel mercha pro equa hodie quoque apud multos in usu est. Quatuor porro generum erant ministeria, quæ milites investiti dominis suis præstabant. Alii erant ad mensam seu dapiferi, alii ad cameram seu cubicularii, alii ad cellam vinariam seu pincernæ, alii denique ad equile sive mareschalci, velut ex Ditmari libro quarto discimus. Tales ergo ministeriales, et oppida sibi subjecta qui habebant, eos exploratum est, fuisse regulos, sive illi principes aut duces, aut margravii vel marchiones, aut landgravii vel comites provinciales, sive comites modo aut nobiles domini, adelingi vel barones audirent, etsi recentior est baronis appellatio, qua multi omnes illos, quos Regulos dixi, comprehendunt. Hæc ille, quæ utcumque omnia probanda non appareant, Adelingi tamen nomen apud antiquos Saxones præcipue ac proprie idem, quod Germanice Edel herr, Latine nobilis dominus, significasse mihi videtur, idque ita ut, qui hoc titulo gauderent, verosimiliter, non secus ac postea comites, duces atque superioris ordinis nobiles, clientes beneficiarios sibi subjectos, terrasque seu oppida obnoxia habuerint. Et S. Meinulphum quidem, utpote qui, ut docui, parentes admodum nobiles habuerit, ex hujusmodi adelingis seu nobilibus dominis, unde illustres ejus natales magis adhuc elucescunt, esse indubie prognatum, nemo est, qui eat inficias. Verum illum esse etiam, uti ex jam dictis vult Genealogiæ Buranæ auctor, e determinata, quæ sæculo præterito in Mauritio Burano extincta est, illustri regulorum Burenium familia oriundum, unde constat? An ex eo forsitan, quod, ut etiam vult idem genealogus, familia illa jam tum Caroli Magni ætate, aut etiam citius inter adelingos seu nobiles dominos locum obtinuerit?

Saxonis adelingis hic recitantur,

26 Verum, ut hoc, quod nescio, an ulla ratione probari queat, gratis dederimus, hunc tamen, ut Sanctum familia fuisse Buranum, quis evincat, nihil omnino eliciet, nisi saltem hanc etiam ab ipsa Caroli Magni ætate aut citius dominatam fuisse probavit in illo terrarum tractu, qui complectebatur paternam Sancti hereditatem, in qua hic post monasterium Budicense condidit. Animadvertit id haud dubie anonymus, qui Meinulphum e familia Burana prognatum, in brevi quodam Scripto, penes me exstante, contendit; in hoc enim, quo illos Sancti natales probatos det, de Burenibus regulis ita proloquitur: Ante tempora Caroli Magni circum circa Budiken dominia sua habuerunt, veluti ex antiquis documentis demonstratur; in districtu enim Burenium olim non tantum illam partem, quæ adhuc baronatus Burenensis dicitur, sed etiam Almenam, Brenken, dominium Wevelsberg, Winnenberg et Sintfeldiam, in qua et Vesperte situm, in ipsorum comitatu (veluti antiqua scripta sonant) constituta fuisse, publica scripta docent. Ita ille, mox etiam, quæ hic laudat, publica scripta adducens: sunt autem diplomata diversa, e quorum priori quidem constat, familiam Buranam anno 1012 easallos clientesque beneficiarios sibi habuisse obnoxios, e reli-

et scriptor anonymus putarunt, F

AUCTORE
C. B.

reliquis vero intelligitur, eandem anno 1234 in Sinfeldia, anno 1308 in Winnenberg, anno 1570 in Brencken, que omnia loca a monasterio Budicensi valde remota non sunt, ac anno denique 1384 in Wevelburgensi dynastia, in cuius mediotulio idem monasterium, uti ipse ait, situm est, fuisse adhuc dominatam.

admodum est
dubium,

27 Verum quid tum? In omnibus illis antiquis documentis, ab anonymo productis, ne vel verbum occurrit, e quo Burensis regulos in memoratis locis vel ante Caroli Magni tempora, vel ipsa imperatoris huius ætate, quod tamen scriptori illi fuisse probandum, rerum fuisse potitos, utcumque conficias. Imo vero Bartholdo de Buren partem Wevelburgensi dynastie, cum hæc primo a comitibus Arnbergensibus ad Waldecenses, ac deinde ab his ad ecclesiam Paderbornensem transisset, anno demum 1301 ab Ottone, Paderbornensi episcopo, in feudum fuisse concessam, ex antiquis litteris, a Ferdinando, Paderbornensi episcopo, in Monumentis Paderborn. pag. 228 et seq. recitatis, liquet: ut adeo quidquid vel laudatus anonymus vel Genealogie Burane auctor scribat, familia Burana ante Caroli Magni tempora aut ipsa etiam imperatoris huius ætate in Wevelburgensi dynastia, ac prout in terrarum tractu, paternam Sancti hereditatem, in qua hic monasterium Budicense condidit, complectente, dominata fuisse non videatur. Adhuc, etsi etiam ibidem tunc dominatam tantisper daremus, nec sic esset consequens, ut S. Meinulphus familia Burana certo existeret. Ut quid enim adelingi seu nobiles domini, e quibus Sanctus oriundus est, in quemdam Saxonie tractum imperium, quale in Antiqua Saxoniam adelingis seu nobilibus dominis competisse dixi, obtinere nequiverint, simulque aliquot bona atque inter hæc fundum, in quo Sanctus postea monasterium Budicense extruxit, in adelingorum seu regulum Burensium ditioe possidere? Omnibus itaque nature expensis, fueritne S. Meinulphus e familia Burana, an ex alia natus, admodum est incertum. Nec certius est, quo loco et quo determinato anno fuerit in lucem editus.

uti etiam quo
diocesis Pa-
derbornensis

28 Ut id primo de loco natali ostendam, Sanctus, uti apud omnes in confesso est, atque ex dicendis patet, bona non pauca, a parentibus ad se devoluta, in quibus et ex quibus monasterium Budicense extruxit ac dotavit, in Paderbornensi Westphalie diocesi possedit; unde fit, ut, illum quidem esse in hac natum, vero sane non appareat absimile: verum cum Sanctus possessiones plures in variis ejusdem diocesis locis obtinuisse videatur, quo huius illum loco vicore nasci contigerit, nondum propterea exploratum habetur. Haud procul a loco, quo Sanctus monasterium Budicense condidit, Austrum versus absuit vicus, Bodeken appellatus, seu potius huius, utpote in quo illud ipsum monasterium situm fuisse videatur, paracialis cum adjacentibus domibus ecclesia, a qua ut monasterium a se extructum Sanctus distingueret, sacrum istud edificium (adi Gobelinum in Vita num. 18) non simpliciter Bodeken, sed Nien seu Neu-Bodeken, id est, Novum-Bodeken nuncupavit. Hoc tamen temporis lapsu nude et simpliciter Bodeken; illa vero Alt-Bodeken, id est, Vetus-Bodeken fuit vocata; quod idcirco forsitan factum fuerit, quod, cum penitus esset collapsa vel saltem ruinæ proxima, vicani Budicenses, ea deserta, ecclesiam, monasterio Budicensi adjunctam, in parocialem suam, legitima interveniente auctoritate, acceperint. Ita

suspicio, quod eam tunc, cum a sanctimonialibus ad canonicos Regulares transit, fuisse parocialem, in monasterii Budicensis Chronico Joannes Probus (adi de hoc seculi xv scriptore num. 49) loco non uno indicet, quodque in diocesis Paderbornensis parociarum Catalogo, quem penes me habeo, una dumtaxat parocia, nomine Bodeken, nulla autem, nomine Alt-Bodeken, occurrat. Ut sit, quo ad rem jam veniam, Joannes Probus in Opere mox laudato pag. 48 et 49 refert, in vico, dicto Alt-Bodeken seu Alten-Budeken, ætate sua a monasterio Budicensi haud procul (liberiorum vitio quasi ad triduum milliare loco cit. perperam notatur) fuisse titiam admodum annosam, S. Meinulphi titiam idcirco appellatam, quod sub illa hic, uti idem scriptor e scribis monasterii Budicensis accolis, progenitorum traditione rem noscentibus, sese audivisse, loco cit. ait, a matre sua Wichtrude, Caroli Magni exercitus metu ex ædibus profuga, fuerit in lucem editus.

29 Titiam admodum annosam, S. Meinulphi dictam, in vico Alt-Bodeken ætate sua fuisse, asserenti Joanni Probo credo; verum illam vel fuisse tam vetustam, quam inquit, vel a Sancti nativitate, que sub eadem acciderit, accepisse nomen, fidem non facit ea, quam allegat, rudis rusticanti vulgi traditio. Assertæ nihilominus titiæ S. Meinulphi vetustati fauet, nec traditioni, que Sanctum sub illa natum, proliit, refragatur Joannes Gamansius, Societatis nostræ sacerdos, in Mss. suis, quas seculo præterito ad Majores nostros misit, de S. Meinulpho Notitiis. In his enim de S. Meinulphi titia, quam ipsemet videtur, ita scribit: Extra monasterium Bodecense medii quadrantis spatio via amenissima per quercetum, multiplici serie arborum pulchre consitum..., aditur et visitur S. Mainulphi juxta viam publicam titia; ad quam ipse a matre ex Furstenberg metu Caroli Magni Stadbergam obsessuri fugiente fuerit in lucem editus, vel quam ipse in vivis plantavit. Ad hanc singulis annis Feria tertia Rogationum parochia Harenensis, hora una dissita, supplicatum (an forte ad Budicense Sancti monasterium?) veniens stationem suam habet. Hæc ille, docens scilicet, titiam S. Meinulphi dictam, nomen suum ab hoc non quidem definite idcirco, quod sub illa Sanctus natus sit, sed tantum sub disjunctione vel ex hoc, vel ex eo, quod a Sancto, in vivis adhuc superstite, fuerit plantata, traxisse, illamque adeo, quod hinc, utrolibet admissio, perinde est consequens, jam inde a Sancti ætate stetit. Verum quid ni titia, quam vidit Gamansius, S. Meinulphi vocari potuerit, non quidem, quod hic sub illa natus esset aut eandem plantasset, verum quod vetustiori, a S. Meinulpho plantata, ideoque S. Meinulphi nuncupata, fuisset vel proxime, vel post unam aut plures, quibus idem propterea adhaesisset nomen, suffecta? Quid ni etiam a Sancti effigie, que ei aliquando fuerit affixa, aliæ ignota ex causa ita appellari potuerit? Nec aliud de titia, a Joanne Probo memorata (hanc enim a titia Gamansio visa, utpote que isti, præ vetustate jam fatiscenti ac caduce, verosimillime fuerit substituta, reor diversam) est statuendum; ut adeo ex titiæ, S. Meinulphi dictæ, appellatione argui nequeat, vel hunc illam plantasse, vel sub eadem esse natum.

30 Et vero alibi indubie natus fuerit, si vera sit alia penes me exstant de eo Notitia; secundum hanc enim in Furstenberg, diocesis Paderbornensis

et quo ante
fuerit in lu-
cem editus,

A nensis loco, *cujus ipse fuerit dominus ejusque in Notitia Gamansiana, proxime huc transcripta, mentio fit, fuerit in lucem editus, testantibus id antiquis tabulis, quas sese legisse, Gamansio nostro ætate procectus monasterii Budicensis procurator asseruit. Verum cum non addatur, quæ qualesve fuerint illæ tabulæ, nescio, an fidem integram mereantur, nihiloque certior inde evadit locus Sancti natalis, quem nec aliunde tuto eruas. Quod jam ad annum, quo Meinulphus natus sit, spectat, illum nec Sigewardus, Sancti biographus, aliive scriptores antiqui, nec ulla probata atque indubix fidei monumenta, unde ut plane sit incertus, necessum est, diserte exprinunt, aut etiam quid suppeditant, ex quo eundem apte definit. Sigewardus tamen exhibet indicia, ex quibus saltem, quandonam natus sit Sanctus, latiori modo habeatur compertum. Id enim (vide ejus verba num. 22 recitata) factum scribit tempore gesti a Carolo Magno adversus Saxones antiquos belli; cum autem hoc ab anno 772 ad annum usque 804, uti inter omnes scriptores convenit, per continuos triginta tres annos (ita Eginhardus in Vita Caroli Magni loquitur) duravit, fuit secundum Sigewardum intra illud temporis spatium, quod inter annum 771 et annum 805 excurrit, S. Meinulphus in lucem editus.*

hoc tamen partim ex ætate, qua canonicus Paderbornensis se junxit,

31 Sed tempus Sancti natale ex Sigewardo paulo etiam propius modo determinemus. Hic Sancti biographus, *cujus omnia verba, ad institutum nostrum hic spectantia, ut dicenda clarius intelligantur, huc transcribo, num. 9 et 10 sic habet: Puer autem Meinulphus sub jure scholari ad disciplinam dispositus litterarum, ex dispositione ascendit ad habitum earum, et quod scientiæ literalis habuit, usu operis devotus excoluit. Quippe quia viam, quæ ducit ad vitam, artam et angustam existere scivit, jam de tenero ungui studiis asperioribus mentem formavit... Cum autem excederet e scholis, excessit etiam desiderium mundani honoris, integra mente migrans ad propositum canonicæ legis in loco, qui dicitur Paterbrunno. Hic eum ejusdem loci pontifex, ipse quidem virtutum gloriosus artifex, nomine Baduradus, benignissima cura nutriendum suscepit, susceptumque largissimo paternitatis et gratiarum sinu refovit. Hæc Sigewardus, ex quibus colligendum videtur, Sanctum sane non diu ante annum 793 esse natum: Baduradus enim, uti ex iis, quæ apud nos in S. Hathumaro, proximo ejus in sede Paderbornensi decessore, tom. II Augusti pag. 452, num. 19 et binis seqq. dicta sunt, facile colliges, ante annum 815 sedere non cepit; cum ergo abs illo jam episcopo, prout Sigewardi verba proxime huc transcripta innuunt, S. Meinulphus admodum adhuc juvenis et vixit scholis egressus canonicis Paderbornensibus fuerit adlectus, qui fieri queat, ut hic diu ante annum 793 natus sit?*

partim ex ætate, qua obiit, anno circiter 795 accidisse videtur.

32 Nec diu etiam post hunc annum id factum mihi suadet Sancti, qui ætate maturus seu grandævus obiisse, a Sigewardo in Vita num. 26 traditur, tempus emortuale, quod minus alioquin ab anno 847, cui a plerisque scriptoribus innectitur, foret renovendum. Fuerit itaque Sanctus, uti ex jam dictis pronum est eruere, non improbabili ter anno circiter 793 natus. Etsi porro Schatenus in Annalibus Paderbornensibus pag. 46 et seq. ea litteris consignet, ex quibus consequens est, ut S. Meinulphi natiuitatem contra nonnullos, qui eam anno 777 perperam affigunt, in Octobris Tomus III.

annum dumtaxat 779 aut proxime sequentem differat, esse nihilominus eandem etiam diutius differendam, quisque, quantum opinor, ex jam dictis statuet, maxime cum certius etiam in opinione jam assignata, qua anno circiter 793 illigatur, evanescat periculum, ne, quod cautum præterea loco cit. Schatenus vult, Sanctus noster longius, quam verosimile sit, vixisse adstruatur. Nec refert, in illa tempus ejus emortuale ultra annum 847, cum quo a plerisque scriptoribus componitur, a nobis differri; nullus enim ex his, utpote qui omnes a Meinulphi ætate remotissime floruerint, certam atque indubitam fidem facere potest, nec illam mortis, ab hoc obita, dilationem longiori, quam Sigewardi, qui Sanctum ætate jam maturum seu senem abiisse e visis, scribit, auctoritas exigere videatur, annorum spatio infra definiemus, ita scilicet faciendum rati, non quod ad id auctoritas quæpiam irrefragabilis compellat, sed quod non longius, quam necesse sit ratione suadeat, a communiore receptorique scriptorum, etiam recentiorum, opinione recedere, sit consultum.

AUCTORE.
C. B.

§ III. Baptismus, educatio, vitæ institutum: quod, qualeque id fuerit et quandonam susceptum.

Relata Sancti natiuitate, mox patris ejus obitum, matris Wichtrudis, de stupro, sibi a mariti defuncti fratre illato, expostulaturæ, ad Carolum magnum accessum, hujusque occasione baptismum, parulo Meinulpho, qui, licet jam ætas ei concessisset virtutem ambulandi, sacris tamen undis tinctus nondum fuerat, tunc demum, ipsomet Carolo Magno sponsore, collatum, n. 7 et 8 enarrat Sigewardus, antiquior ejus biographus. Atque hæc quidem omnia anno 783 innectit in Annalibus Paderbornensibus pag. 47 Schatenus; verum, cum Sanctus, ut § precedenti probavi, diu ante annum 793 natus non sit, scriptori isti nec hic assentiri queo. Gobelinus Persona in Meinulphi Vita, prout, mutato stylo, apud Surium ad hunc diem exstat excusa, initio sic scribit: Anno Dominicæ Incarnationis septingentesimo septuagesimo septimo, cum Carolus Magnus eam Saxoniam partem, quam nunc Westphalam vocant, bello subegisset, omnes majores natu ejus regionis venerunt ad eum Paderbornam, uno dempto Witikindo, viro primario, quem nonnulli regem, alii duces fuisse arbitrantur. Il autem, qui ad Carolum venere, omnes in eodem loco salutaribus baptismi undis expiati sunt, visumque est Carolo regi illic episcopi sedem constituere.

Sacris baptismi undis,

F

34 Itaque tertio abhinc anno parvam ibi construxit ecclesiam, eamque, quod locus necdum munitus esset, Herbipolensi episcopo tum commendavit. Porro anno inde decimo quinto canonicum ecclesiæ Herbipolensis Hatumarium, natione Westphalum, primum illic episcopum instituit; ejus episcopatus anno quarto Leo Pontifex Romanus, ejus nominis tertius, ab æmulis Roma pulsus, ad regem Carolum Paderbornam venit, et ab eo honorifice in primis acceptus sedem illam Apostolica auctoritate confirmavit;

23

AUCTORE
C. B.

firmavit; ac deinde, nullo plane alio interposito verbo, sequentia subiungit: Per id tempus vir quidam opulentus et nobilis, non longe ab eo loco habitans, Christiana religione jam initiatus, viam universæ carnis ingressus est, relicta uxore catholica Wigtrude, et parvo filio, qui, etsi per ætatem ambulare jam posset, necdum tamen baptismatis fonte renatus erat. Ea ergo Wigtrudis, captata opportunitate, ad Carolum regem cum Filiolo suo fidenter accessit, atque ejus gratiam et benevolentiam studuit promereri. At rex feminam humaniter et pie accipiens, Filium ejus coram se curavit baptizari, et eum de sacro fonte suscipiens, MEINULPHI nomen ei imposuit.

non indubie,
ut notat Cointius, anno
779.

55 Ita hæcenus apud Surium Gobelinus: Sanctum autem anno 799 sacro baptismatis fonte fuisse ablutum, Cointius in *Annalibus Ecclesiasticis Francorum* tom. VI, pag. 695 e duobus illis Gobelinianæ apud Surium Vitæ textibus concludit. Et vero stando, ut facit, Gobelinianæ lucubrationis, a Surio editæ, auctoritate, non immerito. Cum enim in horum posteriori Gobelinus seu potius Sarius, Sanctum per id tempus (cujus scilicet ante meminerat) baptizatum fuisse, scribens, singulari numero utatur, unice, ut consideranti patebit, tribus hæc vocibus, per id tempus, designat annum sedis Hathumari, Paderbornensis episcopi, quartum, anno Christi 799 e Gobelini calculis congruentem, quo Leonem III Papam Paderbornam ad Carolum Magnum accessisse, ultimo prioris textus loco narrarat. Verum etsi Gobelinus in Vita, primigenio scriptoris hujus sercato stylo, edenda Saxonum ad Carolum Magnum Paderbornam concursum, ecclesiam ibidem exstructam, Hathumari ad sedem Paderbornensem promotionem et Leonis III Papæ ad Carolum Magnum accessum, non secus atque id in Vita per Surium interpolata sit, num. 6 commemorat, illaque omnia facta iisdem plane quas hæc exhibet, notis chronicis (pro anno enim 770, cui numerosum Saxonum ad Carolum baptismumque concursum manifesto errore, non a Gobelino, sed a librariis profecto, illigat, annum 777 restituendum, infra in Annotatis docebo) ibidem etiam officiat, Sanctum tamen non per id tempus, cuius ante meminere, sed, usurpato plurali numero, illis temporibus baptizatum fuisse, subiungit: qua loquendi formula non solum annum sedis Hathumari quartum, quo Leo III Papa Paderbornam se contulerit, sed, ut consideranti palam fiet, totum illud, quod ab anno 777 usque ad annum 799 excurrit, temporis spatium designat, ut adeo non obstat, quo minus etiam citius, quam anno 799, Sanctum credatur fuisse baptizatus.

sed anno potius
777 vel
sequenti fuit
ablutus,

36 Et vero Meinulphi baptismus anno potius 797 aut 798 idcirco videtur innectendus, quod anno, ut § præced. docui, 793 non improbabilius natus sit, quodque, cum baptismum suscepit, virtutem ambulandi, ut Sigewardus ipso narrationis suæ contextu num. 6 innuere videtur, per ætatem vix habuerit, triennisque proinde dumtaxat aut ad summum quadriennis exstiterit. Nec est, quod opponas, Sanctum Paderbornæ baptizatum fuisse; Carolum Magnum autem, qui eum e sacro fonte suscepit, anno 797 aut sequenti Paderbornam non adisse. Primo enim unde constat, Sanctum baptismum Paderbornæ fuisse initiatum? Verosimilime quidem Wichtrudis, ejus mater, haud procul Paderborna habitavit; verum cum simul etiam haud procul ab Heristallo, Saxonico in

diœcesi Paderbornensi ad Visurgin castrum, in quo Carolus Magnus, diviso per adjacentes regiones exercitu, anno 797 hybernasse, in *Ann. Paderborn.* pag. 36 docet Schatenus, domicilium habuerit, quid ni illo ad hunc principem sese cum parvulo Meinulpho potuerit conferre? Sed ut demus etiam tantisper, Paderbornæ hunc fuisse salutaribus baptismi undis expiatum, qui ibidem Carolus Magnus anno 797 aut sequenti non fuisse probabis? Etsi enim hunc principem Paderbornæ anno 797 commoratum, non memorent scriptores antiqui, cum tamen, ut dictum est, anno illo Heristalli hybernarit, esse utique videtur, cur hinc ad vicinam Paderbornam subinde tunc excurrisset. Adhæc cum Carolus Magnus (adi in *Ann. Paderborn.* pag. 38 Schatenus) anno 798, subacta Ostifalia compositisque per Westphalam sacris profanisque rebus, Aquisgranum discesserit, huc illum Paderborna, ubi etiam aliquandiu hæserit, sese tum contulisse, verosimile apparet.

37 Quod si modo Sanctum anno 799, quo Leo III Papa Carolum Magnum Paderbornæ convenit, baptizatum fuisse, præfracte adhuc velis, haud equidem magnopere refragabor; cum enim Meinulphus, dum sacro lavacro fuit ablutus, quatuor forte, ut jam innui, annorum fuerit, hique retro computati deducant ad annum 795, manebit vel sic, quod supra statui, quodque est præcipuum, eum saltem non diu post annum 793 esse natum. Ut ut tandem sese res habeat, vix equidem dubitem, quin Sanctus, sæculo viii jam prope clauso, sacro baptismatis fonte fuerit regeneratus, quod latiori hoc modo desinisse jam sufficiat. Porro Sanctum fuisse etiam a Carolo Magno in tutelam susceptum, Schatenus in *Ann. Paderborn.* pag. 17 affirmat; etsi vero id nec Sigewardus, nec Gobelinus disertè usquam edicat, a vero tamen abhorre, ne utique videtur; imo vero dubitandum non est, quin hic princeps puerum Meinulphum, quem de sacro fonte levarat, honeste ac Christiane educandum litterisque imbuendum curavit. Et eum quidem scholaribus disciplinis apud Baduradum, Paderbornensem episcopum, fuisse mancipatum, Gobelinus in Vita num. 9 scribit.

38 Verum cum Sanctus, ut docui, non serius, quam anno circiter 793, natus sit, certeque non citius, quam anno 845, ad Paderbornensem cathedram Baduradus fuerit electus, qui hic Meinulphum adhuc puerum scholaribus, ut loquitur Gobelinus, disciplinis seu litteris imbuendum queat accepisse? Nec juvat hic dicere, Baduradum, nondum episcopum, oneri huic sese submisisse, tantumque per prolepsin a Gobelino episcopi titulo insigniri; Gobelinus enim loco cit. ita habet: Postquam Hatumarus primus episcopus Paderbornensem rexit ecclesiam annis octo, decessit, et successit ei quidam de clero Wirtziburgensi, sed natione Westphalus, nomine Baduradus, qui rexit ecclesiam annis quadraginta octo. . . . Et sic Baduradus cathedralem ecclesiam Paderbornensem, quam Carolus Magnus inchoaverat, consummavit, apud quem puer Meinulphus scholaribus disciplinis est mancipatus; quibus verbis sane, puerum Meinulphum scholaribus disciplinis seu litteris excolendum Badurado, jam tum creato episcopo, datum fuisse, Gobelinus sat aperte tradit, uti nemo non videt: a vero autem hic aberrare Gobelinum, liquet etiam vel ex eo, quod Baduradus, cum in episcopum Paderbornensem electus est, inter clerum Heribolensem,

litterasque
deinde

E

non tamen, ut
Gobelinus
tradit,

F

A polensem, uti ex iis, quae de eo Schatenus in Ann. Paderborn. ad annum 815 memorat, fas est colligere, Heriboli egisse videatur, nec eo educandus litterisque ac moribus Christianis informandus e Westphalia missus fuisse usquam legitur puer Meinulphus.

alioque ex capite forsan contendes,

39 Vidit haec verosimiliter Schatenus, ideoque in Ann. Paderborn. ad annum 783, pag. 17 scribit, puerum Meinulphum, non Badurado, sed, quod a vero nequam abhorret, sacerdotibus educandum impense a Carolo Magno commendatum, factumque aetate maturiorem ab Hathumaro Paderbornensi episcopo litteris excultum fuisse; quod pariter, cum Hathumarus (adi Operis nostri tom. II Augusti pag. 452, num. 18 et seqq.) ante annum 815 e vivis non abierit, veritati potest esse consonum, sive interim is, ut in Annal. Paderborn. pag. 29 et seq. docet Schatenus, anno 795, sive, ut Eckhardus in Commentariis de Rebus Franciae Orientalis lib. 25, num. 78 et 110 contendit, aliquot annis serius ad episcopatum Paderbornensem fuerit erectus. Uti itaque ipsimet Hathumarus et Baduradus, Carolo Magno a devicta Saxonum gente obsides inter ceteros nobilium adolescentes olim dati, posteaque ambo, alter post alterum Paderbornenses episcopi, fuerunt per hunc principem episcopo Heribolensi educandi Christianisque moribus formandi traditi, ita volente eodem Carolo, Meinulphus ab Hathumaro Paderbornensi episcopo, seu potius sancti hujus antistitis, aut certe, si res, antequam is esset episcopus, accidit, praesulis Heribolensis, diocesim Paderbornensem vicario munere tunc moderati, cura fuerit verosimillime educatus a sacerdotibus, Heriboli in diocesim Paderbornensem missis, qui eum non tantum litteris, sed etiam Christianae religionis rudimentis, virtutumque studio egregie imbuerint. At vero, oggeres, apud Overhamum sola verba, num. 31 huc transcripta, cum paucis aliis, ad rem non facientibus, integrum Vitae, per Sigewardum scriptae, caput constituunt, idque hunc praefert titulum: S. Meinulphus ab antistite Badurado ingenue educatur.

a Badurado, probe edoctus scholisque egressus

C 40 Fateor, sic habet: verum quid tum? Overhamus pro mero suo arbitrio titulum illum effuisse videtur: ita autumo, tum quod is ab apographo nostro Hardselusano, num. 12 et alibi jam laudato, absit, tum quod in toto isto capite nulla plane Meinulphi a Badurado vel educati vel litteris exculsi mentio occurrat. Sigewardus quidem ibidem de Meinulpho ita scribit: Cum autem excederet e scholis, excessit etiam desiderium mundani honoris, integra mente migrans ad propositum canonicae legis in loco, qui dicitur PATERBRUNNO. Hic eum ejusdem loci Pontifex, ipse quidem virtutum gloriosus artifex, nomine Baduradus, benignissima cura nutriendum suscepit; verum his verbis unice significatur, fuisse Sanctum, jam scholis, quod bene notandum est, egressum, canonicis Paderbornensibus a Badurado adscriptum, nutriendumque susceptum, eo scilicet modo, quo tunc canonici cathedrales, in communi viventes, ab episcopis suis, sive e solis fere propriis bonis, si divites essent, sive, si pauperes, ex ecclesiae facultatibus, nutrirunt seu alii solebant. Equis vero hinc concludat, Meinulphum puerum a Badurado fuisse ingenue educatum, litterisque excultum? Nec est, quod reponas, Sanctum, canonicis jam aggregatum, a Badurado aut saltem hujus cura scientias altiores didicisse, id enim, utut vero sane simillimum, hic non quaeritur, sed unice an Sanctus sub Baduradi jam episcopi disciplina puerilem aetatem exegerit, litterisque tunc ab eo fuerit edoctus, quod a vero alienum, sufficienter, quantum opinor, modo dicta evincunt. Ad vitae institutum, a Meinulpho susceptum, quoniam de eo mentio jam incidit, sermonem nunc converto.

41 Sanctus litteris jam probe excultus, Paderbornae, ut Sigewardus verbis proxime iterum jam recitatis docet, propositum seu institutum canonicae legis fuit amplexus, id est, canonicis nomen dedit. Verum quod quaeve id fuit vitae institutum, et quandonam a Sancto susceptum? Cum Meinulphus, ut supra docui, anno circiter 793 natus sit, juvenisque adhuc et vixit scholis egressus, uti ex verborum Sigewardi num. 31 huc transcriptorum contextu apparet, canonicis Paderbornensibus, postquam jam Baduradus, episcopus ex dictis ante annum 815 non creatus, dignitatem hanc esset adeptus, sese adjunxerit, id verosimiliter vel ipso anno 815 vel sequenti aut certe non multo serius evenerit. Atque ita quidem, quo circiter tempore canonicis Paderbornensibus Sanctus se junxerit, innotescit; quod autem pertinet ad questionem, qua quod quaeve vitae institutum sic suscepit, inquiritur, alii illum ex hoc Benedictinum monachum, alii canonicum Regularem faciunt. Et primo quidem illis, qui Meinulphum faciunt Benedictinum monachum, accensendi certo sunt supra laudati, qui in Fastos sacros, Sanctis Benedictinis celebrandis a se contextos, Sanctum nostrum intulere, Benedictini hagiologi, Wiomus scilicet, Dorgainus, Menardus et Bucelinus: verum tres priores nullam omnino, ob quam Ordinis sui Sanctis Meinulphum annumerent, rationem adducunt in medium; ultimus vero elogii, quo illum exornat, initio ita ad hunc diem memorat: Is (S. Meinulphus nimirum) a Carolo Magno imperatore a sacro fonte susceptus, et in collegium denique cathedralium monachorum Paderbornensium adscriptus, sub Regulari instituto magnis profectibus claruit, et ut generis praestantissima nobilitate, sic humilitate monachica et rara vitae sanctitate refulsit.

AUCTORE C. B.

Paderbornae canonicorum collegio nomen dedit.

42 Bucelinus ergo Sanctum illeirco facit Benedictinum monachum, quod cathedrale canonicorum Paderbornensium collegium, cui ille nomen dedit, e monachis Sancti aetate constitisse existimat. Nec alia ratione, quantum opinor, ducti fuerint alii, qui cum Bucelino Benedictinum Sancti monachatum asseruerunt. Verum vitine reipsa Meinulphi aetate e monachis constans cathedrale Paderbornense collegium? E monachis sane verosimiliter tunc constitit, si ab ipso sui initio, cum Sancti aetate forsan conjuncto, aut certe hanc non multum praegresso, pro monachis fuerit institutum; verum id non monachorum, sed clericorum primitus fuisse, nec ab his ad illos ad id usque tempus, quo Sanctus e vivis abiit, fuisse translatum, jam nunc dicenda aperient. Collegium illud, vel ab Hathumaro, jam primo Paderbornensium episcopo, vel sancto illo antistite ad sacram hanc dignitatem nondum erecto, initium accepit, ut communis fert opinio: si primum, nullus dubito, quin primitus, non monachorum, sed clericorum fuerit; Hathumarus enim in primaria sua seu cathedrali ecclesia, non monachos, sed clericos collocavit, utpote ipsemet clericus, e clero Wirceburgensi seu Heribolensisi ad cathedram Paderbornensem assumptus, quemodum apud nos tom. V Julii in Historia Translationis S. Liborii pag. 413, num. 7 docet, qui Hathumaro suppar fuit,

quod cum ab ipso sui initio, sive hoc ab Hathumaro, I Paderbornensi episcopo,

F

AUCTORE
C. B.

sive a Bur-
chardi proxi-
mo in sedem
Herbipolen-
sem successore
Megingozo,

fuit, Ido presbyter, seu potius ex hujus relatione auctor Saxo anonymus. Quod si autem ante aditum ab Hathumaro episcopatum initium accepit, etiam vel sic clericorum, non monachorum, primitus exstiterit.

43 Rem sic ostendo: antequam Hathumarum, primum certumque episcopum, nacta esset Paderbornensis ecclesia, vicario hanc munere ad Hathumari usque promotionem administrant Wircebursenses seu Herbipolenses episcopi, uti inter eruditos convenit, probatque in *Annal. Paderborn.* ad annum 785 Schatenus, qui vicariam illam diocesis Paderbornensis administrationem primo fuisse penes S. Burchardum, primum Herbipolensium episcopum, ibidem etiam docet, ductus auctoritate Egilardi, qui S. Burchardum, cujus vitam litteris est complexus, ad annum usque 791 in vicis fuisse superstitem, memorie prodit: verum cum S. Burchardus, uti Georgius Eckhardus lib. xxiii *Rerum Franciæ Orientalis* num. 443 luculentissime ostendit, ante S. Bonifacium, Moguntinum archiepiscopum, anno 754, aut certe sequenti, e vicis martyrio sublatum, ultimum diem clauserit, nequit sane Paderbornensem ecclesiam, utpote ante annum 772, quo bellum Saxonicum Carolus Magnus primum est exorsus, certissime non erectam, vicario episcopi munere administrasse. At vero S. Burchardo in sedem Herbipolensem proxime successit Megingozus, cui si vicarium illud munus attribuitur, nihil sane vero fiet absimile.

Paderbornensem ecclesiam vel per se vel per Bernwulfum,

44 Megingozus enim, uti apud laudatum Eckhardum lib. xxiv *Rerum Franciæ Orientalis* num. 4 et 236 probatum invenies, diocesim Herbipolensem ab anno 752 ad annum usque 785, quo eam Bernwolfo resignavit, antistes moderatus est; vicaria autem ecclesiæ Paderbornensis cura jam inde ab anno 780 Wircebursibus seu Herbipolensibus episcopis videtur fuisse commissa; Gobelinus enim in *Cosmodromio* etate 6, cap. 38 sic scribit: Erexit igitur Carolus quandam ecclesiam in Paderborne, quam commisit episcopo Wizeburgensi respiciendam, donec de episcopo posset eidem loco tuto providere. Et hæc ecclesia incepta est anno Domini septingentesimo octogesimo. Adhæc, inquit in *Annal. Paderborn.* pag. 24 Schatenus, ex veteri Chronico Franconiæ, quod nobiscum P. Joannes Gamansius communicavit, Bernwulfum, successorem Megingaudi ac tertium Herbipolensem episcopum, missum ante episcopatum suum in Saxoniam et per aliquot annos Paderbornensem ecclesiam vicario episcopi munere administrasse, constat; ita fere ad verbum loco cit. Schatenus; cum autem Megingozus seu Megingaudus, ut jam docui, ab anno 752 ad annum usque 785 Herbipolensem cathedram occupavit, diuque indubie ante hunc posteriorem annum Bernwulfum in clero suo numeravit, id enim vero, quod hic de Bernwolfo ante Herbipolensem episcopatum, ei ex dictis anno 785 collatum, Herbipoli in Saxoniam seu Westphaliam misso, gestoque ibidem abs illo per aliquot annos vicario Paderbornensis episcopi munere ex antiquo Franconiæ Chronico assertur, fuerit verosimillime, Megingozo vel jubente vel saltem curante, effectum, ut adeo hic tunc Paderbornensem ecclesiam non quidem per se, sed per Bernwulfum, proximum suum in sede Herbipolensi successorem, vicaria cura gubernaret.

45 Jam vero, si sub Megingozo cathedrali Paderbornensi collegio datum fuerit initium, illud

nihilominus, etiam hoc dato, non monachorum, sed clericorum, primitus exstiterit. Etsi enim Mabillonius alique scriptores Benedictini Ordini suo Megingozum seu Megingaudum Herbipolensem episcopum adscribant, an tamen hic, cum Herbipolensem adhuc ageret episcopum, reipsa exstiterit monachus, undequaque (adi lib. xxiv *Comment. Franciæ Orientalis* num. 66 et seq. Eckardum supra plus semel jam laudatum) certum non est: nec, etsi certum omnino foret, quidquam propterea contra nos posset inferri. Etenim in Occidentalem Antiquæ Saxonix plagam seu Westphaliam Bernwulfum, qui, non monachus sed clericus erat, Paderbornensem diocesim vicario episcopi munere administraturum, Megingozus misit, qui tamen monachum verosimiliter fuisset missurus, si in cathedrali seu primaria ejusdem diocesis ecclesia, non clericos sed monachos voluisset collocari. Adhæc Bernwulfus, qui Megingozus jussu ac nomine vicarium diocesis Paderbornensis munus gessit, non tantum erat clericus, verum etiam monachus, utpote quos (adi apud Mabillonium *Sæculo III Bened.*, part. 1, pag. 745 Egilardum in Vita S. Burchardi) e principe seu cathedrali Wircebursensi S. Kiliani ecclesia, ut primum postea Herbipolensium episcopus factus erat, eliminavit, parum æquus; quod cum ita sit, Paderbornæ eum tunc monachorum collegium congregasse, parum verosimile apparet. Et sane (videtis in *Annal. Paderborn.* pag. 25 Schatenum) minime id tum fecisse Bernwulfum, sed in primaria Paderbornensi ecclesia clericos constituisse, non obscure docet vetustum Franconiæ Chronicon supra citatum.

46 Quod si porro ex eo, quod ad annum 785, quo Bernwulfus resignatum sibi a Megingozo Herbipolensem episcopatum adivit, Westphalia nimirum adhuc belli motibus turbata figendo Paderbornæ, sive clericorum sive monachorum, collegio locum dedisse non videatur, antiquo illi Monumento fidem deneges, cathedraleque canonicorum collegium Paderbornæ sub Megingozo a Bernwolfo nondum episcopo inchoatum nolis, nec sic etiam illius initium a monachis repetendum evinces. In hypothesi enim, qua dictum collegium ante Hathumari ad episcopatum promotionem primo fuisse inceptum, tantisper hic admittimus, necesse omnino est, ut idem collegium, si non sub Megingozo, sub Bernwolfo equidem Herbipolensi jam episcopo, aut certe sub altero e binis proximis ejus successoribus, ante annum 814, quo indubie Paderbornensium episcopus creatus jam fuerat Hathumarus, e vita (vide in *Franciæ Orientalis commentariis* lib. xxvi et xxvii Eckardum) jam ereptis, initium accepisse statuatur; cum vero hi omnes, uti ex Eckardo locis proxime cit. liquet, clerici fuerint, manebit adhuc, fuisse illud a primo suo auctore e clericis, non autem e monachis, conflatum, ut adeo sive ante, sive post aditum ab Hathumaro Paderbornensem episcopatum initium accepit, clericorum equidem primitus, non autem monachorum, exstiterit.

47 Atque id adeo veritati consonum existimavit Schatenus, ut in *Annalibus Paderborn.* pag. 35 affirmare non dubitavit, nulla prorsus, unde ecclesiæ Paderbornensis originem a monachis repetas, indicia exstare aut vestigia; quod etiam agnovisse videtur Mabillonius, utpote qui cathedralibus Germaniæ ecclesiis, quas initio a monachis Benedictinis occupatas fuisse, Præfatione in III Sæculum Benedictinum § 3 contendit, Paderbornensem non accensent. Jam vero cum nihil omnino

D monachis parum æquum, vicario, episcopi munere moderato,

E

sive denique ab altero e binis proximis Megingozus successoribus repetas, clericorum fuerit,

F

manseritque etiam Sancti etate, monachum hic professus non est,

A omnino etiam suppetat, unde cathedrale Paderbornense collegium, primitus ex dictis vel ab aliquo e tribus proximis S. Burchardi in sedem Heribipolensem successoribus, vel ab Hathumaro, primo Paderbornensi episcopo, pro clericis institutum, fuisse deinde aut ab hoc, aut a proximo ejus successore Badurado, quem Sanctus noster in morte vel præcessit, vel certe quam proxime exceperit, ad monachos translatum, suspicaris imo vero cum id aut ab Hathumaro, aut a Badurado factum, credibile non appareat vel ex eo, quod ambo, utpote e clero Heribipolensi, uti supra docui, ad cathedram Paderbornensem assumpti, clerici exstiterint, verosimillime sane, si non certo, idem Paderbornense collegium et eo etiam tempore, quo ei nomen dedit S. Meinulphus, et tota hujus ætate clericorum, non monachorum, fuerit, Sanctusque proinde, utpote collegii, cui se junxerat, institutum haud dubie secutus, clericum canonicum, non monachum canonicum fuerit professus. Et sane Sanctum monachum non fuisse, non obscure etiam sæculo iv Benedictino, part. 2 fateretur Mabillonius: eum enim ibidem inter Prætermisissos refert, atque: Meinulfus in Martyrologio nostro (Menardianum designat) adscriptus est Octobris die 5, tametsi nihil de ejus monastica professione in ejus Actis legitur.

nec tamen etiam ad hodiernum canonicorum Regularium,

48 At vero, siscitabere nunc fortassis, fuitne ergo canonicum Regularem S. Augustini S. Meinulphus professus? Scriptor anonymus, qui Chronicon Bodecense, n. 19 memoratum, publici juris fecit paucisque etiam quod ibidem non monui, Annotationibus auxit, pag. 124 hanc suggerit notitiam: Agunt canonici Regulares Congregat. Windesheimensis quinto Octobris sub ritu duplici de S. Meinulpho, tamquam de Sancto Ordinis una cum aliis Germanicæ utriusque sanctis patronis, quales sunt SS. Bonifacius, Rupertus, Udalricus, Wilibaldus, Chilianus, Wolfangus etc. Sanctum ergo, uti ex his verbis apparet, Ordini suo, canonicorum Regularium S. Augustini vocato, accensent Regulares Congregationis Windesheimensis canonici. Joannes Mauburnus, alias a loco natali Joannes de Bruxellis dictus, qui et ipse e Congregatione Windesheimensi canonicus Regularis S. Augustini fuit, in libro notato apud nos Ms. 163, quem ex eunte sæculo xv concinnavit ac Sanctorum Ordinis Canonicorum Regularium Venatorum inscripsit, S. Meinulphum suo canonicorum Regularium S. Augustini Ordini cap. 123, quod De sancto Meynulpho archidiacono Padeburnensi inscribitur, pariter attribuit, sibi que hac in re etiam alios assentientes habet, quorum omnium hic nomina non recenseo, sed nec canonicum Regularem, quales modo sunt, qui canonici Regulares S. Augustini audiunt, Sanctum nostrum fuisse, nunc ostendo. Ante octavum æræ Christianæ sæculum ecclesiarum seu clericis sui presbyteri a canone matriculave ecclesie, cui, ex hujus stipendiis alendi, erant inscripti, dicebantur Canonici; sæculo autem ix, quo Sanctus noster obiit, imo jam inde ab octavo, quo clerici, quoad fieri poterat, in congregationes et communem vitam compingi primum capere, non amplius ab illo Ecclesie canone seu matricula, cui essent inscripti, sed a canone seu Regula vitæ, e sacris canonibus sanctorumque Patrum scriptis contexta, quæ ipsis servanda præscribatur, nomen suum accipiebant, ut Thomassinus de veteri et nova Ecclesie Disciplina tom. I, lib. iii, cap. 8 et 9 e diversis

præcipue conciliis, sæculo octavo et nono celebratis ostendit.

AUCTORE
C. B.

49 Omnes porro, ut ibidem Thomassinus etiam docet, posterioris hujus generis canonici, quorum alii vel intra vel juxta ædes episcopales sub ipsomet episcopo aut alio præposito, alii, qui collegialium erant ecclesiarum, seu in civitate extra ædes episcopales seu etiam ruri sub præposito, ac alii denique in monasteriis (eorum enim omnium ædes, non secus ac monachorum, monasteria etiam vocabantur) cœnobitice sub abbate agebant communi claustro, refectorio et dormitorio cum suo seu episcopo seu præposito seu abbate utebantur; etsi autem ita in claustris vitam communem ducerent, essentque etiam subinde ex illis, qui possessionibus suis bonisque omnibus temporalibus nuntium remitterent, quisque tamen patrimonium aliaque bona retinere poterat, nec ulle erant canonicorum illorum congregationes, quæ voluntarie paupertatis voto, ut hodierni Regulares S. Augustini canonici, essent obstricti. Liqueat id potissimum tum generalim ex conciliis, utroque proxime memorato sæculo celebratis, quæ alios canonicos, quam quibus bona temporalia patrimoniumque retinere fas esset, nuspium memorent, tum nominatim ex concilio Aquisgranensi, quod anno 816 sub Ludovico Pio fuit celebratum, quodque in Regula, quam, 145 capitibus seu totidem canonibus distinctam, canonicis deinceps servandam decrevit, can. seu cap. 115 universim de canonicis ita pronuntiat: Quamquam enim canonicis, quia in sacris canonibus illis prohibitum non legitur, liceat linum induere, carnis vesci, dare et accipere, proprias res et Ecclesie cum humilitate et justitia habere, quod monachis, qui secundum Regularem institutionem arctiorem ducunt vitam, penitus inhibatum est, non tamen in cavendis vitiiis et amplectendis virtutibus eorum a monachorum distare debet vita; quibus ex verbis sane manifestum fit, usque ad Aquisgranense concilium, seu ad annum usque 816, quo id dicitur celebratum, canonicis a sacris præcedentium conciliorum canonibus inhibitam non fuisse rerum temporalium possessionem, quæ cum eis deinde, labente adhuc sæculo ix, nulla plane via facta fuisse illicita inventatur, consequens est, ut sæculo viii et ix voluntariam paupertatem, cui moderni Regulares S. Augustini canonici sese obstringunt, professi non fuerint.

50 Jam vero, cum id ita sit, quis credat, nondum canonicorum Paderbornensium congregationem, quæ, sæculo octavo ex eunte aut initio noni ex dictis institutam, fuisse sæculo ix spontanæ paupertatis professione constrictam, Sanctumque proinde utpote qui illos inter tunc egerit, canonicum Regularem exstisise, quales modo sunt, qui Canonici Regulares S. Augustini nuncupantur? Et vero, quod ad Sanctum nostrum nominatim pertinet, non fuisse eum voluntarie paupertati obstrictum, ac proin nec ad modernorum S. Augustini canonicorum normam canonicum, liquidum etiam fit vel ex eo, quod Budicense monasterium, uti infra docebo, in patrimonii sui fundo exstruxerit, atque e propriis suis facultatibus jam dudum canonicus largissime dotavit. Vidit id Mauburnus supra laudatus, hincque loco ibidem cit. ait, contra spontaneam S. Meinulphi paupertatem e monasterii Budicensis constructione, in proprio patrimonii sui fundo abs eo facta, argui idcirco non posse, quod ad sanctum illud opus absque

AUCTORE.
C. B.

absque episcopi sui facultate manus non admove-
rit. Fateor, id Sanctus absque praevia episcopi sui
facultate non fecit; verum anne hanc idcirco pe-
tiit, quod, ea non obtenta, de patrimonio, aliisque
temporalibus bonis disponere, nefas illi esset? Id
sane Mauburnum, qui ita ratiocinatur, existi-
masse necesse est; ast qui haec ejus queat pro-
bari opinio, haud satis perspicio. Cum enim,
inveitis aut non ammentibus locorum episcopis,
de novo castruere monasteria, integrum non sit,
quid ni e solo hoc capite factum esse queat, ut
Sanctus Budicæ condendi monasterii facultatem a
Paderbornensi episcopo, cui locus ille suberat,
flagitarit? Adhuc anne ergo moderno Regulari
S. Augustini canonico patrimoniū aliorumque
temporalium bonorum dominium ea lege, ut de
hisce absque Superiorum suorum consensu non
disponat sibi retinere fas sit?

quidquid
etiam contra

51 Id equidem non apparet, ac proin, etsi
etiam darem, Sancto jam canonico hujusmodi
dumtaxat vinculatum, ut aiunt, rerum suarum
dominium fuisse, consequens idcirco non esset,
ut is talis, quales hodierni sunt Regulares S. Au-
gustini canonici, canonicus existerit. Nec est,
quod hic modo opponas, Wilhelmum, Paderbor-
nensem anno 1400 electum episcopum, et Gobe-
linum Personam, quorum ille in litteris, quibus
apud Gobelinum Cosmodromii ætate 6, cap. 90
cænobium Budicæ in Joannem Wael, canoni-
corum Regularium monasterii Swollensis Prio-
rem, anno 1409 transcribit, ita loquitur: Meinol-
phus ejusdem monasterii (Budicæ) fundator
supra dictus religionis illius (canonicorum Re-
gularium) creditur fuisse professor; hic vero,
cathedralis Paderbornensis ecclesie canonicos us-
que ad Bernardum IV, Paderbornensem e comi-
tibus Lippiensibus episcopum seculo XIII creatum,
Regulares fuisse, Cosmodromii ætate 6, cap. 64
innuit; cum enim Wilhelmus seculo demum
quinto decimo Paderbornensium fuerit electus
episcopus S. Meinulphum, jam inde a seculo IX
vita functum, canonicum Regularem fuisse, nemo
prudens persuasum sibi habebit ex eo, quod Wil-
helmi Paderbornensis episcopi ætate ita fuerit
creditum; quod autem ad Gobelinum Personam
jam pertinet, cum hujus ætate seu seculo XIV so-
nescente et XV ineunte plurimæ canonicorum, qui
canonici Regulares dicebantur, congregationes exi-
sterent, forsitan is scriptor antiquiorum, qui usque
ad seculum XIII floruerunt, Paderbornensium ca-
nonicorum congregationem, non secus atque illas,
temporis sui more seu instituto ad anteriorum
temporum morem seu institutum perverse trans-
lato, e canonicis Regularibus constituisse, existi-
marit, ut non sit, cur illum, nimis præterea a re,
quam memorat, remotum, multum hic moremur.

hic opponas,
noscat.

52 Quod si id displiceat, cum seculo XV ad
finem vergente, quo simul et initio sequentis Go-
belinus floruit, Paderbornenses canonici, priva-
tam tum vitam agentes, domosque separatas inco-
lentes, canonicorum secularium nomine venirent,
fortassis hic auctor de antiquioribus, seculum XIV
prægressis, Paderbornensibus canonicis, quod ita
hos inter et illos apte distinguere cerneret, veluti
de canonicis Regularibus fuerit locutus, ratione
habita, non quidem Regulæ, quam hodierni pro-
fiterentur Regulares canonici, sed Regulæ Aquis-
granensis, anno 816 e sacris canonibus san-
ctorumque Patrum scriptis contextæ, e cujus
præscripto vitam communem, patrimonio tamen
aliisque temporalibus rebus non abdicatis, antiqui

illi Paderbornenses canonici in claustris exegerant. D
Sane quo minus ultimam hanc interpretationem
patiatur Gobelinus, ipsa loco proxime cit. suppe-
ditata ab eo verba non obstant, quod ut quisque
possit perspicere, illa huc transcribo. Sic habent:
Sub isto Bernardo (hujus nominis IV Paderbor-
nensium episcopo) in ecclesia Paderbornensi
adhuc observantia Regularis inter canonicos
ejusdem ecclesie viguit, et sub eo immutatio
facta videtur de Regulari observantia ad statum
canonicorum secularium. Ita Gobelinus, qui,
cum ea sensu proxime dato in litteras forte dum-
taxat miserit, opinioni sane, qua seculo IX Pader-
bornenses canonicos ac proin Sanctum nostrum,
utpote ex his tunc unum, canonicos Regulares
non fuisse, arbitramur, minime adversatur.

53 Nec, si adversaretur, aliter sentire nos
cogeret, utpote sequioris dumtaxat ævi scriptor,
cujus auctoritas rationibus, in rem nostram
supra adductis, præponderare neutiquam possit.
Ceterum ex omnibus hic jam dictis pronum est
colligere, seculo IX Paderbornenses canonicos,
ac proin Meinulphum, non fuisse etiam ex illo
clericorum genere, qui canonicorum secularium
nomen modo sunt sortiti; hi enim, private vite
addicti, diversas fere singuli vias incolunt, nec
ad ullam certam fixamque Regulam exi-
gunt; Paderbornenses vero sæculi IX canonici,
hosque inter S. Meinulphus e sacrorum cano-
nicorum præscripto vitam communem, utut bono-
rum temporalium abdicatiōni non obstricti, in
uno eodemque claustris seu monasterio duxerunt.
At vero, inquit, si hæc ita habeant, consecrarium
est, ut nec canonici Regulares, nec seculares
existerint. Fateor, sic habet; imo vero ne cano-
nici quidem Regulares, aut seculares fuisse nun-
cupati, quod jam nunc, uti etiam quales canonici
existerint, ostendo. Cum Regula, quam canonicis
deinceps servandam concilium Aquisgranense,
sub Ludovico Pio celebratum, præscripsit, anno
816, quo circiter vite canonice Sanctus se dedit,
initium acceperit, eam canonici Paderbornenses,
ac proin S. Meinulphus, toto illo sæculi IX spatio
quo hic illos inter egit, verosimillime, ne dicam
indubie, observarint, sique canonici, secundum
Regulam Aquisgranensem in communi viventes,
existerint.

vita institu-
tum, sed ad
Regulam
Aquisgranen-
sem

E

canonicum
egit.

F

54 Ad hanc porro, qui seculo IX vitam exegeret
clerici, nec Regulares, nec Seculares canonici,
sed simpliciter absque addito (adi Hierarchiæ
Augustinæ partis 3 prodromo, Observatione 1
Corbinianum Khamm) dicti fuerunt Canonici, et
sane non immerito, utpote a canonicis, Regulari-
bus quidem bonorum temporalium proprietate
seu possessione, a secularibus vero vite communis
in claustris seu monasteriis societate plurimum
diversi. Atque ita modo, quale fuerit vite insti-
tutum, a Sancto susceptum, defini; ut porro
etiam quæ qualitate fuerint illa claustra seu mo-
nasteria, a canonicis in communi viventibus olim
inhabitata, studiosus lector e Paderbornensi an-
tiquo hujusmodi monasterio utcumque saltem
cognoscat, hic verba, quæ de hoc Schatenus in
Annal. Paderborn., anno, ut jam monui, 1693
excusis, pag. 34 suppediat, transcribo. Sic
habent: Extat hodieum (Paderbornæ) ma-
gnificum in quadro ædificium choro basilicæ
circumpositum, seu illud ab Hathumaro et Ba-
durado, seu ad primam collegii formam splen-
didius ab incendio a Rhotario et Meinwerco (Rho-
thario hic anno 1009 in sedem Paderbornensem
suc-

A *successit*) exstructum sit. Circum in inferiore parte peristylia, in medio cœmeterium clericorum, supra dormitorium et literis studiisque vacantium cubicula, singula suis habitaculis discreta. Ac nescio, an ullibi clericorum in communi olim viventium illustriora magis certioraque vestigia. Hæc Schatenus, quæ aliis, de vitæ instituto, quod Sanctus fuerit sectatus, disputatis, corollarîi quodammodo vice addidisse jam contentus § huic finem impono.

§ IV. Monasterium condere Sanctus statuit; an ad id voto etiam sese obstrinxerit, et an ecclesiæ Paderbornensis archidiaconus umquam fuerit.

Sanctus statuit monasterium exstruere;

B *Virtutem, quam Sanctus, sæculo nondum deserto, in teneris etiam annis minime neglexerat, cathedrali Paderbornensium canonicorum collegio jam adscriptus studiosissime excoluit, cumque in illa sub Badurado, secundo Paderbornensis ecclesiæ episcopo, a quo fuerat ex dictis in hoc cooplatas, progressum non exiguum jam fecisset, Deo inspirante, accidit, ut idem Baduradus, cui Meinulphus et in amoribus erat et comes adhaerebat assiduus, ceteras inter quæstiones, quas in commune subinde proponere solebat, forte exquireret, quid sibi Christus vellet hisce apud Matthæum cap. 8 verbis: Vulpes foveas habent, et volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet; cum autem, cordis nostri habitaculum impensissime semper a Servatore nostro expeti, nec tamen, aditu ad illud per peccata nostra præcluso, impetrari, hæcque de re Christum apud Matthæum queri, quidam ex adstantibus respondisset, Sanctus, hisce auditis, ultra quam dici queat, commotus, ad januam cordis nostri Christum frustra pulsare, graviter ingemuit, atque ut in se saltem divina illa querela non caderet, non solum Christo in corde suo, excluso levissimo etiam quocumque peccato, dare locum, verum etiam monasterium, in quo Dominus, veluti in sede sibi sacratori, inter personas, seruitio suo vitæque puritati singulariter addictas, perpetuo habitaret, exstruere constituit. Ita fere quantum ad substantiam num. 11 et seq. innuit Sigewardus, antiquior Sancti biographus, addens deinde, qui post, quod pie constituerat, executioni etiam S. Meinulphus mandavit; verum an hic, antequam id faceret, voto etiam ad sacrum illud opus sese non obstrinxit?*

voto etiam ad id se obstrinxisse narratur;

56 Sacra S. Liborii Cenomanensis in Galliis episcopi lipsana, quæ magna hodieque apud Paderbornenses in veneratione sunt, ab Aldrico Cenomanensium antistite Baduradus, ecclesiæ Paderbornensis præsul, impetravit, illaque a legatis, quos hic Cenomanos miserat, anno 836 maxime solemnitate ac pompa Paderbornam fuere translata, uti apud omnes in confesso est. Translationis hujus Historiam una cum miraculis, in illa patrat, in litteras misere, quos apud nos tom. V Julii in Commentario Actis S. Liborii prævio num. 14 et 15 Bollandus recenset, Ido presbyter seu potius e Notitiis, partim viva voce, partim scripto ab hoc acceptis, scriptor

Sazo anonymus, alterque, qui Cenomanus fuit, scriptor iidem anonymus. Hisce porro Gobelinus Cosmodromii, prout hoc apud utrumque Meibomium exstat, ætate 6, cap. 41 Erconradum, ecclesiæ Cenomanensis diaconum, etiam adjungit. Verba, quibus id ibidem facit, etsi supra una cum nonnullis aliis recitata jam sint, iterum modo, quod accuratius expendenda hic veniant, hæc transcribo. Anno igitur, inquit, Lodewici (Pii imperatoris) 24 translatus est sanctus Liborius de civitate Cenomanica Gallie, in qua quondam ipse fuerat episcopus, ad Paderbornam Westphaliæ, Aldrico Cenomanensem et Badurado Paderbornensem regentibus ecclesiæ... Et Erconradus diaconus ecclesiæ Cenomanensis scribit eadem (in S. Liborii translatione patrata) miracula, prout ea se vidisse testatur. Et ipse scribit, quod legati episcopi Baduradi, pro reliquiarum sanctarum receptione missi Cenomanicam, principales fuerunt Fologadus, advocatus episcopi Baduradi, Meinulphus archidiaconus, Adelbertus presbyter, Aldricus diaconus et Drudwinus subdiaconus; et quod Meinulphus in ecclesia sancti Vincentii Cenomanensi vocit monasterium sanctimonialium fundare in honorem beatæ Mariæ et sancti Liborii in loco, qui dicitur Bodicon. Ita Gobelinus: cum autem Erconradus, quem hic memorat, translationi S. Liborii ipsemet adfuerit, resque adeo in ea gestas optime potuerit habere perspectas, dubitandum sane non videtur, quin S. Meinulphus ad condendum monasterium voto etiam, idque Cenomanis, quo a Badurado pro impetrandis S. Liborii reliquiis missus fuerit, sese obstrinxerit, si modo re etiam vera, quod verba proxime recitata continent, litteris mandavit Erconradus, ecclesiæ Cenomanensis diaconus.

AUCTORE C. B.

57 Verum an exstet, quam Erconradus Cenomanensis diaconus translationis S. Liborii historiam, una cum miraculis a se visis, conscripsisse traditur, nobis exploratum non est, potestque etiam, an hanc vere exararit Erconradus, non immerito revocari in dubium. Etsi enim illum, veluti qui id fecerit, Gobelinus apud utrumque Meibomium luculentissime laudet proxime recitatis Cosmodromii verbis, non esse tamen hæc Gobelino attribuenda, verosimillimum efficiunt rationes, num. 15 et binis seqq. supra productæ, quas præterea, contra ac non nemo forte contendet, non infirmari etiam apparet ex eo, quod, qui Cosmodromio Gobeliano plurimum usi noscuntur, Krantzius et num. 16 laudatæ, quæ apud nos Ms. exstat, Chronicæ Paderbornensis auctor, ille Metropolis lib. 1, cap. 28, hic Operis sui cap. 9, eadem prorsus, quæ apud utrumque Meibomium Cosmodromii loco proxime cit. Gobelinus, de S. Meinulphi ad Cenomanensem urbem legatione votoque ibidem emisso memoriæ prodant. Ut quid enim, ut bini illi scriptores id fecerint, factum esse nequirit dumtaxat ex eo, quod, quæ adhibuerunt, Cosmodromii Gobeliani exemplaria, non secus atque alia, quæ utriusque Meibomio præfuzere, aucta omnia fuerint ex facta aliunde eo modo, quem num. 15 vide expositum, ad genuinum Gobelini textum additione? Jam vero, cum id ita sit, rationes sane, ob quas Cosmodromii Gobeliani verba, proxime huc transcripta, Gobelino adjudicanda opinor, ex Krantzio et Paderbornensis Chronicæ auctore neutiquam infirmantur, manetque adeo, hæc Gobelini verosimillime non esse.

set narratio hæc, quæ forte Erconradi non est.

F

AUCTORE.
C. B.
cum genuina
Sancti Vita,
a Sigewardo
scripta.

58 At vero, sciscitabere, quoniam tandem ergo habent auctorem? Nullo plane modo notus mihi is est, hincque fit, ut, translationis S. Liborii historiam, uti per verba illa indicat, fuisse ab Erconrado conscriptam, sola sua auctoritate indubitatum haud faciat, maxime cum lucubrationis hujusmodi, quæ ab Erconrado fuerit adnotata, nulli omnino scriptores, qui ante contextum a Gobelino Cosmodromium floruerint, mentionem facere inveniantur, ipseque, quæ ea de re memorat, e notitiis dumtaxat infidis et mendosis forsitan hauserit. Hinc porro jam consequitur, ut dubium etiam sit, an Erconradus, quod tamen, si visum illis verbis fides, indubie fecerit, S. Meinulphi ad civitatem Cenomanensem legationem votique de condendo monasterio nuncupationem unquam narrarit. Ut sit, narratio hæc, unde, an Erconradum habeat auctorem, magis adhuc dubites, falsitatis apparet ex eo suspecta, quod voti, a Sancto Cenomanis emissi, nulla plane, contra ac in eo fit, mentio occurrat in genuina antiquiorque Meinulphi Vita, a Sigewardo conscripta, qui tamen illud Sancti factum, si fuisse, non ignoraturus, scitumque, cum modum occasionemque, qua monasterium Meinulphus construxerit, exponat, non præteriturus fuisse videtur. At vero, dum hæc in litteras mitto, nobis hic adversantem invenio Nicolaum Schatenum.

quatis, quæ
Schatenus
prætulit.

59 Etenim in Annalibus suis Paderbornensibus ad annum 837 scribit hunc in modum: Hoc præterea anno, cum felicissime res Christiana procederet in Saxonia episcoporum contento studio et fervore, D. Menulphus Bodecense, opere et subsidio Corbeiensium nostrorum monachorum, monasterium condere aggressus est, voto cum primis urgente, quod superiori anno in translatione D. Liborii Cenomanis in ædæ D. Vincentii conceperat. Joannes Probus (idem haud dubie, de quo jam hic num. 49) canonicus Bodecensis auctorque Vitæ (S. Meinulphi scilicet, cujus tamen pauca dumtaxat gesta perstrinxit) primordia hujus monasterii ad annum Christi 817 (sui nimirum Operis, num. 49 hic memorati, part. 4, cap. 4) revocat; id licet verisimile, quod priori anno in concilio Aquisgranensi Menulphus facultatem construendi monasterii ab imperatore, ut diximus, impetrasse memoretur; quia tamen Sigewardus, qui Vitam D. Menulphi post alios, ut fatetur, conscripsit, et Albino doctore suo dedicavit, id non nisi post reditum ex Gallia factum perhibet, libuit hæc ad hunc annum referre. Certus nobis præ aliis hic auctor est, cujus archetypum Vitæ S. Meinulphi ex bibliotheca Abdinghoviana accepimus. Nam quæ Gobelino tribuitur scriptori, aut quæ Broverus habet, ex hoc auctore contracta sunt. Illo igitur usi, hæc integra fide damus. Quis vero ille Albinus sit, cui hanc descriptionem dedicat, adhucdum nobis incertum est. Hæc tamen hæc Schatenus, ante inceptum monasterii Budicensis constructionem fuisse a Sancto nostro et iter in Galliam pro impetrandis S. Liborii reliquiis susceptum et votum condendi monasterii Cenomanis nuncupatum, non obscure indicans, atque in rei hujus probationem Sigewardum, antiquiorem S. Meinulphi biographum, cujus lucubrationis archetypum (non ipsum propria auctoris manu scriptum autographum, sed hujus, ut reor, antiquum admodum exemplar dumtaxat intelligit) e bibliotheca Abdinghoviana accepit, allegans.

60 Verum quid si hic errorem, quo, quod alibi D invenerat, in Sigewardina Sancti Vita se legisse forte non fuit, existimavit, Schatenus obrepisse, dicamus? Ita sane suspicari fas videtur ex ea, quod, cum Overhamus quam edidit, Sigewardinam Sancti Vitam ex antiquo admodum bibliothecæ Abdinghovianæ exemplari pariter accepit, hoc forsitan ab exemplari, seu archetypo, quo se usum esse, ait Schatenus, non fuerit diversum, nec tamen, ut jam docui, itineris a Sancto in Galliam suscepti votique ibidem nuncupati mentionem faciat. Quod si id displiceat, plusque aliquid, ne Schatenus stes, quam suspicionem requiras, Sigewardinæ lucubrationis exemplar, a Schatenus adhibuit, si, quale illud hic scriptor facit, re etiam vera fuit, pro interpolato, seu, si mavis, pro aucto ex additione, quæ ei a manu nequiquam primaria accesserit, verosimilius esse habendum, nunc ostendo. Legationis a Sancto obitæ votique emissi mentio non tantum abest a Vita, per Overhamum edita hicque recedenda, verum etiam ab Hardehusano, quod penes nos Ms. exstare, supra monui, ejusdem exemplari. Adhæc abest etiam a Vita, quæ Gobelinum habet auctorem, uti etiam ab ea, quam suis Germaniæ Sideribus intæruit Broverus; cum autem e duabus hisce Vitis primam Gobelinum, secundam Broverus, methodo licet non una, ad eandem tamen Sigewardinam Sancti Vitam exegerint, omniaque prorsus facta, quæ in hujus, quibus usi sunt, exemplaribus repererit, accurate expresserint, absuerit et ab his legationis a Meinulpho obitæ votique nuncupati mentio, ut adeo quatuor ut minimum, hac carentia, Sigewardinæ lucubrationis exemplaria modo habeamus. Jam vero, cum is, qui omnia hæc, quod legationis a Sancto obitæ votique nuncupati non meminerint, truncata ac mutila pronuntiaret, longius a veri specie abiturus videatur, quam qui unum, quod Schatenus prætulit, ejusdem Sigewardinæ lucubrationis exemplar pro interpolato additione de Sancti legatione votique nuncupatione aucto haberet, hoc sane nævo, quod Schatenus adhibuit, exemplar fuisse infectum, verosimilius apparet.

61 Quod cum ita fit, manet profecto, aut certe, quidquid scribat Schatenus, vero admodum simile apparet, quod supra asserui, legationis a Sancto in Galliam susceptæ, votique ibidem nuncupati in genuina seu pura additionibusque non maculata, quam Sigewardus scripsit, Sancti nostri Vita mentionem nusquam haberi, falsitatisque adeo ex eo, quod et iter illud et votum commemoret, suspectam reddi narrationem, verbis num. 56 huc transcriptis conceptam. Hæc porro, quo fit, ut fides ejus magis adhuc vacillet, cum translationis S. Liborii Historia, aut, si mavis, cum hujus auctore Sazone anonymo æquali non satis etiam congruit. Etenim hic, qui ab accuratore, nec immerito, plurimum laudatur, cap. 3, num. 40 (adi Operis nostri tom. V Julii pag. 448) de Badurado Paderbornensi episcopo ita prodit memoriæ: Ad hunc ergo (Aldricum Cenomanensem episcopum) cum consensu et præcepto cæsaris Ludovici (cognomine Pii videlicet) nuntios destinandos (pro impetrandis sacris reliquiis) elegit, ex clero quidem suo probabiles personas et in sacris ordinibus religiosam vitam ducentes; nec non et quosdam laicos nobiles, quorum fidem et industriam ad tale opus idoneam noverat. Clericorum vero, quibus id negotii commendatum est, præcipuus erat quidam presbyter, Ido cognomine, qui omnem suæ profectionis historiam, et signa, quæ

non satis congruit, uti nec cum translationis

F

A quæ in ea divinitus ostensa perspexerat, partim viva voce intimata, partim litteris breviter annotata, ad nostram fecit notitiam pervenire.

S. Liborii Historia, dubiaque idcirco esse concluditur.

62 Hæc ille, *Idonem presbyterum e clericis omnibus, quos a Badurado pro sacris Sanctorum lipsanis ab Aldrico Cenomanensi episcopo impetrandis Cenomanos missos refert, apertissime faciens præcipuum; verum etsi (videsis Commentarii hujus num. 14) narratio, de cujus hic fide disputamus, quemdam ecclesiæ Paderbornensis clericum, nomine Idonem, miracula, quæ in translatione S. Liborii vidisset, litteris consignasse tradat, sieque eundem, quem verbis recitatis translationis S. Liborii auctor, Idonem presbyterum memorare videatur, hunc tamen, quem nihilominus translationi S. Liborii adfuisse, non obscure etiam innuit, clericis iis et laicis, quos e legatis, a Badurado Cenomanos missis, præcipuos fuisse prodit, minime accenset, ut sane hic Historiæ translationis S. Liborii auctori, qui e clericis, pro reliquiarum impetratione Cenomanos a Badurado missis, Idonem presbyterum, ut jam docui, luculentissime facit præcipuum, non satis congruere, ne dicam, prorsus adversari, videatur.*

B Jam vero, cum hoc ita habeat, sitque præterea e multis etiam ante dictis falsitatis admodum suspecta, sunt profecto quæcumque sive de Erconrado, Cenomanensi diacono, qui Historiam translationis S. Liborii scripserit, sive de S. Meinulpho, qui legatus a Badurado Cenomanos missus fuerit, votumque ibidem nuncupavit, memorie prodit, pro dubiæ incertæque fidei relatis habenda.

qualis etiam apparet

63 Uti porro an Sanctus legationem pro Badurado episcopo suo ad civitatem Cenomanensem obierit, votumque condendi monasterii ibidem nuncupavit, ob rationes supra adductas est dubium, ita ob easdem fere, an fuerit ecclesiæ seu episcopi Paderbornensis archidiaconus, ambigendum apparet; etsi enim eadem, de qua jam plura disputata sunt, narratio (adi iterum verba num. 14 huc transcripta) S. Meinulphum nominet archidiaconum, quemadmodum tamen voti apud Cenomanos in legatione abs eo emissæ mentionem non faciunt, sic nec obiti archidiaconatus meminere, qui ante contactum a Gobelino Cosmodromium florere, scriptores antiqui, ipseque vetustior etiam noster biographus Sigewardus, qui tamen, si Sanctus vere unquam fuisset archidiaconus, rem hanc silentio præteriturus fuisse non videtur. Etenim in secundo lucubrationis suæ Prologo seu Proæmio sic scribit: Annuente gratia S. Spiritus, Vitam sancti Mainulfi levitæ in spem exemplarque levitæ scripturi sumus, immo etiam ipsis sacerdotibus, qui plurimum exultabant in reddenda sacerdotii ratione, si in hujus Diaconi vixerint emulatione. Hæc Sigewardus; quibus sane, non sacerdotem, sed diaconum tantum fuisse S. Meinulphum, non obscure indicat, nullam plane interim obiti præterea ab eo archidiaconatus nec hic, nec alibi mentionem faciens; quamvis autem adhuc, uti apud Thomassinum tom. I de Veteri et Nova Ecclesiæ Disciplina lib. II, cap. 19 et seq. est videre, seculo VIII et IX seu S. Meinulphi ætate, non sacerdotes, sed diaconi dumtaxat ad archidiaconatus dignitatem possent evehi, Sanctumque adeo hac non fuisse insignitum, argui non queat ex eo, quod ad sacerdotii gradum nunquam ascenderit, attamen, cum etiam tunc archidiaconi, ut ibidem pariter Thomassinus docet, essent quodammodo episcoporum vicarii, ministerique, quod his incumbit, coad-

Octobris Tomus III.

jutores, ac summa præterea in parochos, decanos ipsosque archipresbyteros pollerent auctoritate, ampli adeo a Sancto gesti muneris, si unquam abs eo gestum fuisset, mentionem ne quidem tacitam, Meinulpho, ut diaconis et presbyteris, ita etiam archidiaconis in exemplar proposito, facturum loco proxime cit. non fuisse Sigewardum, nescio, an sat verosimile queat videri.

64 Quoquo modo se res habeat, Sancti archidiaconatum, altum de eo silentibus Sigewardo omnibusque, qui ante Gobelinum florere, scriptoribus antiquis, pro certo habere non ausim, maxime cum omnes prorsus Fasti sacri supra recensiti, quibus S. Meinulphus inscribitur, diaconi dumtaxat titulo eum condecorent. Gobelinus quidem, Fastis illis prope omnibus antiquior, Sanctum nostrum Cosmodromii Ætate 6, cap. 40 diserte vocat archidiaconum; verum hic scriptor quinque amplius seculis post Meinulphum floruit, sæpiusque in rebus, a quibus tanto temporis spatium absuit, aberrasse deprehenditur. Nec est, cur hic in subsidium etiam voces antiqua, sive Paderbornensia, sive Budicensia, Breviaria; omnia enim Gobelino posteriora sunt, solaque, ut apparet, scriptoris hujus fide Sanctum nostrum faciunt ecclesiæ Paderbornensis archidiaconum; quod fere etiam dicendum de scriptoribus recentioribus, si qui forte ex iis cum Schateno nostro Sanctum vocent archidiaconum. Ab hoc interim titulo Ocerhamus in suis ad Meinulphi Vitam Observationibus, Mabillonius loco supra cit. aliique, qui recentiori memoria de Sancto tractarunt, non pauci caute abstinere, ita verosimillime faciendum rati, quod ejus archidiaconatum pro indubitato non haberent. Atque his, ut questionem hanc finem jam imponam, addi etiam non immerito posse videtur celsissimus S. R. I. princeps Ferdinandus de Furstenberg, Monasteriensis et Paderbornensis episcopus anno 1683 vita functus. Hic enim litterarum amantissimus antistes supra adhuc laudatus Sanctum nostrum in adjecta nummis imperialibus, quos primus cum ejus effigie, teste in Observationibus mox iterum cit. pag. 117 Ocerhamo, cudi curavit, epigraphæ dumtaxat inscribit diaconum, fuissetque archidiaconi titulo verosimillime hic non parsurus, si ad dignitatem hanc certo illum fuisse evectum, credidisset.

AUCTORE C. B.

Sancti archidiaconatus.

E

§ V. Condit monasterium Budicense, qui et quando id fecerit, et cujus instituti virgines in eo collocavit.

Condendi monasterii proposito intensiore desiderio, quod S. Meinulphus animo conceperat, votum verosimillime, quod Cenomanis nuncupavit, non accessisse, § præcedenti edocui, proximum est, ut, qui et quando suum illud propositum seu consilium executioni mandarit, nunc exponam. Etsi indubie, quod condere statuerat, monasterium a fundamentis videre quamprimum erectum, impensissime Sanctus desideravit, operi tamen manum illico non admovit, quod, quo illud loco collocaret, dubius atque incertus aliquamdiu hæserit. Ita docet num. 12 Sigewardus, antiquior noster biographus, cui etiam Gobelinus in Sancti Vita num. 12, at non item in Annal. Paderborn. Schatenus consonat. Etenim posterior hic scri-

Dubius Sanctus circa locum, quo conderet monasterium,

ACTORE
C. B.

ptor e cujus opinione, conceptum diu ante condendi monasterii consilium in Budica sese exsecuturum, Cenomanis S. Meinulphus vocit, hæsitacionem illam seu animi perplexitatem voti hujus nuncupacioni ex interpolata, de qua vide- sis præced. §, Sigewardina Sancti nostri Vita subjungit; quæ altera est, eum inter et Sigewardum, quo tamen hic standum apparet, discrepan- tia intercedens. Verum qualiscumque hæc sit, in asserenda equidem circa locum, quo exstruendum esset monasterium, Sancti hæsitacione seu animi perplexitate ambo consentiunt, uti et in trando modo, quo hac illum divina benignitas expeditur.

didicisse hunc
miraculo
narratur;

66 Et hunc quidem in *Annal. Paderborn.* pag. 112 et seq. Schatenus hisce verbis exponit: Pastor, quem (sanctus Meinulphus) habebat pecorum in patrimonii agris, dum sub nocte gregi invigilat, videt locum, in quo monasterium (Budicense videlicet) est, miræ lucis splendore illustratum; et dum curiosius exploranda rei causa accedit, conspiciit cervarum gregem modo chori instar sacri stare, modo circuire locum. Quo insolito spectaculo percussus ad B Meinulphum properat, et quæ viderat, enarrat. Ille, his auditis, statim, ut erat, in cogitationem venit, divinitus sibi monstrari locum, in quo monasterium collocet; lætusque Baduradum episcopum accedit, cui dum hæc exponit, «Non nobis,» inquit ille, «vana hæc sunt, quando» et per pastores Deus augustiora etiam denun- tiavit in nascente Filio.» Verum cum in hu- jusmodi sæpe compertus sit daemon angelum lucis induere ad ludificandos homines, consul- tum habuit certius explorare indicium. Quam in rem Meinulphus deductus a pastore ad locum, quum noctem istichumi stratus precando trans- igit, locum rursus et splendore lucis et cervarum grege, et quo pastor ante ritu circumfusum, videt. Hic jam multo lætior Meinulphus ad Pon- tificem redit, et quæ ipse viderat, ex integro denarrat. Nec tamen his confisus episcopus, jubet terno rei veritatem signo explorari. Ob- sequutus ad hæc Meinulphus noctem iterum ex propinquo inter preces agit; iterumque eadem, quæ ante, species cervarum cum fulgore lucis objecta. Quæ ubi ad pontificem retulit, «Nihil,» ille inquit, «Meinulpho, ambigas, locus tibi» C » cœlestibus signis satis monstratus est, quare» opus aggredere.»

de hujus ta-
men aliorum-
que duorum
miraculorum

67 Ita ille, ea omnia, quæ Sigewardus, Gobelinum sibi etiam hic consentientem habens, pro- liziori oratione num. 13 et tribus seqq. enarrat, compendio complectens. Verum cum Sigewardus duobus saltem seculis circiter a monasterii Budicensis fundacione, per Sanctum nostrum facta, abfuerit huicque etiam auctor antiquior, e quo sua hausit, æqualis haud exstiterit, nescio, an miraculum, quo Meinulphus locum ædificando monasterio divinitus didicisse, verbis recitatis narratur, sola, qua nititur, Sigewardi antiquiorisque, qui huic præluvit, scriptoris auctoritate fidem inventurum sit apud omnes omnino eruditos, quorum nonnulli, utut etiam pii ac religiosi, fere pro commentis, unice ad illustriores reddendas monasteriorum origines inventis, habere solent miracula, quæ horum fundaciones exstructionese comitata feruntur, nec tamen in scriptoribus syn- chronis fideiæ indubiæ monumentis fundata in- veniuntur. Eandem etiam ob causam dubito, an pro veris admissuri sint idem eruditi duo alia miracula, a Sigewardo num. 18, 19 et 20 relata,

quorum altero Sanctus, cum jam, quam petierat, D ædificandi in loco sibi prodigiose ostenso mona- sterii facultatem ab imperatore impetrasset, sa- cras Sanctorum reliquias, in monasterii ex- struendi templo collocandas, divinitus accepit, altero cereum, qui inter cornua Dominicæ Crucis signum, miro splendore effulgens, ferret, eo ipso spectavit loco, quo postea Budicensis monasterii ara princeps fuit erecta. Quod ad me pertinet, etsi quidem omnia jam memorata miracula, quæ monasterii Budicensis initia admodum illustra reddiderint, traducere ut certo falsa, animus non sit, ea tamen, utat locis jam cit. ab ipso anti- quiori S. Meinulphi biographo Sigewardo relata, habere etiam pro indubiæ veris non ausim.

68 Idcirco præsertim ita animo comparatus sum, quod, cum scriptor vetus, quem secutus est Sigewardus, a Sancti nostri ætate (vide, quæ num. 10 dicta jam sunt) uno ut minimum circiter seculo abfuerit, debitoque in scribendo delectu usus non noscatur, ambigendum rear, an illa credulus nimium non accepit e sola apud populum vigente traditione aut fama, neutiquam sane apta ad fidem faciendam miraculis, quæ, quod rarius accidant, accidisseque nihilominus, quæ ab impostoribus erant conficta, facilius multo, quam par esset, imperitum plane mirabiliumque amore præpostere abreptum vulgus olim credide- rit, suspecta fere sunt aut certe pro non indubiis habenda, nisi eum fidei undequaque probatæ ac notæ, qualis profecto non est popularis traditio, documentis scriptoribus nituntur. Nec est, cur, dum hæc dico, pro relatis a Sigewardo, de quibus hic, miraculis in medium adducas veteres mona- sterii Budicensis litteras infra huc transcribendas atque, ut apparet, in *Wilhelmi Paderbornensis episcopi privilegio num. 104 et seqq.* hic recitan- do etiam citatas, in quibus S. Meinulphus di- vine revelationis instinctu cœlestique visione instructus monasterium Budicense condidisse asseritur; cum enim hæ litteræ in fine etiam ha- beant, ordinationem, a S. Meinulpho vivente in monasterium Budicense invecam, per plures an- nos, eo jam vita functo, adhuc stetit, liquet, illas diu a Sancti obitu fuisse conscriptas, dubita- rique idcirco posse videtur, an ipsa etiam vel Sigewardi vel saltem scriptoris antiqui, qui Sigewardo præluvit, ætate posterioris non sint; unde consequitur, ut fidei indubiata miraculis illis, utpote absque vade synchro ac æquali ægerrime credendis, conciliandæ parum conducant.

veritate non
undequaque
constat.

E

F

69 Verum quidem tandem de his sit, San- ctum equidem condendi monasterii propositum, quod animo conceperat, executioni in Budica mandasse, certum est atque extra omnem contro- versiam positum; ita enim tum ambo nostri bio- graphi Sigewardus et Gobelinus, tum omnia, quæ Budicensis monasterii fundacionem tangunt, mo- numenta antiqua testantur, nec unum, qui rem vel neget, vel vocet in dubium, e scriptoribus sive vetustis sive recentioribus invenio. Verum multum abest, ut ita inter hos quantum ad tem- pus, quo id Sanctus fecerit, conveniat. *Mabillo- nius Annalium Benedictinorum lib. 35, num. 80,* annum 860 assignat, eique assentitur *Sigismundus Calles, Societatis nostræ sacerdos, Anna- lium Ecclesiasticorum Germaniæ tom. 3, quem anno 1737 Viennæ Austriæ typis edidit, pag. 428 sic scribens:* De Bodecensi sive Bodickhei- mensi virginum cœnobio in Paderbornensi diocesi Mabilonio assentiendum, qui ejus origines ad hunc annum (860 nimirum) refert, nulla con-

Monasterium
Budicense,
non tamen ut
Mabilonius
statuit.

A conditoris mentione facta. Ita ille; verum ut quid Mabillonio hic assentiendum pronuntiat? An, quod Budicense monasterium anno 860 exstrui fuisse captum, solidis argumentis probet hic auctor? Sed nullum adducit. An forte, quod annum 860 a Mabillonio recte assignari, laudato Annalium Ecclesiasticorum Germaniæ auctori aliunde constiterit? Verum id nec ipse edicit, nec facile credidero: quæ enim Sigewardus, antiquior noster biographus, quo meliorem, ut jam monui, de Sancto tractantem scriptorem non habemus et quo propterea, dum nihil obstat, standum, de monasterii Budicensis constructione memoriæ prodit, necessario videntur exigere, ut id certe ante annum 860 condidit.

70 Rem sic ostendo: Non diu post visionem, Schateni verbis num. 66 hic memoratam, qua ter repetita S. Meinulphus locum, condendo monasterio aptum, divinitus didicerit, datum fuisse monasterio Budicensi initium, antiquior Sancti Vita, per Sigewardum exarata, non obscure indicat, uti quisque, qui hanc a num. 17 ad num. usque 22 evoluerit, facile deprehendet. Adhæc visionis illius S. Meinulphum, cum primum pastori suo seu

B subulco fuisse oblata, participem fecisse prædictum pontificem, id est, Paderbornensem, utpote de quo solo pontifice ante mentionem fecerit, episcopum Baduradum, eadem Vita seu Sigewardus num. 15 notat, ut, monasterium Budicense, Badurado Paderbornensem moderante ecclesiam, exstrui fuisse verosimillime captum, e Sigewardo manifestum appareat. Jam vero in Corbeiensibus monachi anonymi Annalibus, quos anno 1698 e Ms. publici juris fecit Christianus Franciscus Paullini, ad annum 859 Baduradus, seu, ut etiam ab aliis scribitur, Bathuratus Paderbornensis episcopus vita functus signatur his verbis: Mortuus vicinus noster episcopus Bathuratus. Quiescat in pace. Et hanc quidem Baduradi mortis epocham e laudatis Annalibus adeo certam putavit Georgius ab Eckhart, ut in suis de Rebus Franciæ Orientalis Commentariis lib. xxxi, num. 33 ita pronuntiarit: Schatenius de anno mortis Baduradi, episcopi Paderbornensis, incertus est, conicit tamen ex rebus gestis eam in annum Christi 859 referendam esse. A vero ipsum non aberrasse, Annales Corbeiensis evincunt, in quibus: « 859, mortuus vicinus noster » episcopus Bathuratus. Quiescat in pace. Successit Luithehardus Saxo. » Catalogi episcoporum Paderbornensium, seculo præterito ad finem inclinante typis vulgati, auctor, atque ipse Sigismundus Calles, licet interim ex dictis monasterii Budicensis origines anno 860 hic innectat, Baduradi Paderbornensis episcopi obitum anno pariter 859 consignat, et sane ob Annalium Corbeiensium auctoritatem non alio, quam hoc anno Baduradus e vicis sublatus videtur, ut proinde Budicense monasterium, utpote cui, sedente hoc antistite, datum fuisse initium, e Sigewardo jam viderimus, ante annum 860 exstrui fuisse captum, necesse sit.

860 71 Attamen cum Annales Corbeiensis non citius quam seculo xv provecto, uti in prævio suo ad hos Monito laudatus Paullinus probat, fuerint contexti, hineque forte futurum sit, ut omnibus æque ac Eckhardo indubitatum non faciant, anno 859 e vicis abisse Baduradum, alio adhuc argumento monasterii Budicensis origines ante annum 860, imo etiam ante annum 844 locandas ostendo. Etsi S. Meinulphus locum, quo monasterium conderet, divinitus jam fuisse edoctus, consultum

tamen una cum Badurado Paderbornensi episcopo habuit, sacrum ædificium non prius inchoare, quam cum id faciendi facultatem a principe, cui Paderbornensis episcopatus atque adeo etiam vicus Budicensis tunc suberat, impetrasset. Ita luculentissime num. 17 docet Sigewardus, subdens deinde quatuor proxime seqq. numeris etiam ea, quibus non obscure prodit, non diu a petita impetrataque facultate illa manum operi a S. Meinulpho fuisse admotam. Verum quis qualisque princeps fuit, a quo erigendi Budicæ monasterii facultatem Sanctus obtinuit? Ut id palam fiat, verba, quæ loco proxime cit. Sigewardus suppeditat, consideranda sunt; sic habent: His ita peractis, B. Mainulfus, simulque episcopus, ad fidem visionis divinitus incitati, cedere tamen decreverunt regiæ auctoritati, humiliter adimplentes illud præceptum: « Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter » Deum. » Sciebant enim, quia in vitium culpæ ducit fuga, si caret arte. Nam si monasterium hoc regis injussu construeretur, forte aliquibus suspicio nasceretur, quod hi non essent legitimi monasteriorum constructores, qui vicarii Dei, id est, regis, fierent contemptores. Quod ne fieret, B. Mainulfus cartam testamenti ab imperatore rogavit, quam rogatam, ipsius videlicet regis annulo insignitam, accepit, acceptamque secum revexit. Ita antiquior Sancti biographus, principem, quem S. Meinulphus pro obtinenda monasterii condendi facultate adivit, regem simul et imperatorem appellans, ut princeps, cui Westphalia tunc parvi, imperatoria dignitate verosimillime fuerit ornatus. Jam vero cum Westphaliæ Ludovico Pio imperatori ab anno 844, quo certe nondum conditum erat Budicense monasterium, usque ad annum 840, et ab hoc anno usque ad annum 876, quo jam dudum obierat Meinulphus, Ludovico Germaniæ regi, Ludovici Pii filio, qui imperator numquam fuit, paruisse constet, consecrarium est, ut a Ludovico Pio imperatore construendi monasterii facultatem Sanctus impetravit, ac proin, ut monasterium Budicense, utpote non diu post datam hanc Meinulpho facultatem exstrui ex dictis captum, sub Ludovico Pio, atque adeo ante annum 844, quo hic princeps jam obierat, initium accepit.

72 Ad alias modo, quæ ab aliis scriptoribus nec etiam, fundationi monasterii Budicensis assignantur, ut Baronius aliique ex epochas discutendas progrediamur. Ferdinandus facultate condendi monasterii, Paderbornensis episcopus, ut narrationem, huc transcriptis num. 14, iterumque num. 56 verbis conceptam, in quantum ea S. Meinulphus eotum in translatione S. Liborii, anno 836 facta, fundandi in Budica monasterii nuncupasse traditur, confutet, in Monumentis Paderbornensibus pag. 220 et seq. scribit hunc in modum: Nulla... hujus voti apud Cenomanos nuncupati fit mentio in Vita S. Menolphi, quæ exstat, et quam ipse Gobelinus conscripsit. Imo huic narrationi adversari videtur, quod S. Menolphus jam ante, quam ad Cenomanos legatus (non minus incertam esse hanc Sancti legationem, quam votum, quod hic revocatur in dubium, e supra num. 58 et tribus seqq. dictis apparet) iret. Ludovicum Pium imperatorem, suasu Baduradi episcopi, an. 846 Aquisgrani in concilio Provinciali accesserit, facultatem ædificandi monasterium ab eo impetraturus, et quod Ludovicus, grato animo petitionem ejus acceptans, litteras suo signatas sigillo super suo consensu gratiose concesserit. Ita laudatus Paderbornensis episcopus, pro se etiam citans Baronium, et merito quidem: hic enim

AUCTORE
C. B.

E

F

AUCTORE
C. B.

enim in Annalibus suis Ecclesiasticis ad annum 816 ita memorie prodit: Hoc anno tertio Ludovici Pii nimirum imperatoris) ab eo celebratum constat conventum provinciale Aquisgrani, in eoque sanctum Meinulphum accepisse licentiam edificandi monasterium virginibus canonicis Regularibus, habent vite ejus Acta a Gobelino conscripta. Sanctum itaque, jam inde ab anno 816 facultatem extruendi monasterii a Ludovico Pio imperatore Aquisgrani in concilio provinciali impetrasse, tam Baronius, quam Ferdinandus Paderbornensis episcopus existimavit. His autem etiam consonat Severinus Binius in suis ad hoc concilium Notis et Overhamus in Observationibus ad Sigewardinam Sancti nostri Vitam, amboque, non secus ac Baronius et Ferdinandus Paderbornensis episcopus, in rem suam laudant Sancti nostri Acta, a Gobelino conscripta.

quam Mei-
nullo ex
Gobelino male
intellecto

73 Quod si porro quatuor hisce scriptoribus assentiendum sit, consecrarium est, ut, quod hi etiam existimant, monasterium Budicense, utpote brevi post facultatem extruendi cenobii, quam Sanctus a Ludovico Pio impetrarat, condi ex dictis ceptum, anno circiter 816 aut sequenti initium accepit. Verum facultatem illam nec anno 816 in concilio Aquisgranensi impetrasse Sanctum nostrum, nec tunc impetratam tradi a Gobelino in hujus Vita, jam nunc dicenda aperient. Et primo quidem, ut id a Gobelino non tradi, probatum dem, ea dumtaxat, quæ hanc in rem in Annalibus ecclesiasticis Francorum ad annum 832 num. 20 Cointius observat, huc transcripsisse suffecerit. Auctor... inquit de Gobelino, Vitæ non inuit, illum (Sanctum Meinulphum) anno tertio Ludovici (Pii imperatoris) in Aquisgranensi conventu accepisse licentiam edificandi monasterium virginibus canonicis Regularibus. Sed tantummodo testatur de construendo monasterio consilium ab illo susceptum esse, cum Ludovicus Caroli Magni filius imperabat, et Ordo Canonicarum post Aquisgranensem conventum florere jam coeperat. Textum superius allegatum denuo repetimus. « Etsi vero de illo eligendo » loco ad structuram templi jam nulla apud » eos, id est, apud Baduradum Paderbornensem » episcopum et apud Meinulphum diaconum, » relicta esset ambiguitas, censuit tamen episco- » pus hac in re deferendum authoritati regie, ut » sine illa nihil operis ibidem inchoaretur. Ea » autem tempestate Ludovicus, filius Caroli » Magni, imperii habenas moderabatur, et in » concilio provinciali apud Aquisgranum anno » tertio imperii ejus habito, Ordo Canonicarum, » quas seculares vocant, tum recens institutus » erat. » Tota quæstio vertitur circa hanc vo- » cem RECCENS, cujus significatio ad annos duodecim et amplius extendi potuit ab auctore, qui scribebat seculo decimo-quinto seu post annos septingentos ab Aquisgranensi conventu et ab instituta Canonicarum Regula.

jam inde ab
anno 816 con-
cessam fuisse
crediderunt,

74 Hactenus Cointius, cui deinde in Criticis ad annum 816 et 832 etiam assensus est Pagius; recitata autem hic a Cointio Gobeliniana verba, etsi e Sancti per Gobelinum Actis, prout ea, stylo mutato, Surius edidit, dumtaxat deprompta, genuinum Gobelini sensum, uti cuique Sancti Vitam, ipso scriptoris hujus stylo edendam, num. 45 insipienti patescet, ad animum exprinunt, ut jam inde ab anno 816 condendi monasterii facultatem in concilio Aquisgranensi petisse impetrasseque S. Meinulphum, certissime in hujus Vita Gobelinus non tradat. Et vero, etsi traderet,

fidem non faceret tum ex eo, quod a Sancto concilioque Aquisgranensi quinque amplius seculis remotus vixerit, tum ex eo, quod Meinulpho facultatem illam in concilio Aquisgranensi anno 816 non fuisse concessam, rationes non leves videantur evincere. Quid enim? Sanctus, ut supra jam docui, anno 793 aut forte etiam non nihil serius mundo natus est, ut anno 816 tertium dumtaxat supra vigesimum ætatis suæ annum verosimillime attigerit; cui vero sat credibile appareat, viginti trium solummodo annorum juveni aut condendi monasterii, in quo sanctimoniales collocaret, consilium incidisse, aut id faciendi facultatem in concilio Aquisgranensi anno 816 a Ludovico Pio imperatore factam fuisse? Adhuc Schatenus, qui, perperam pariter pro se Gobelinum citans, licentiam monasterium pro virginibus canonicis Regularibus instituendi in concilio Aquisgranensi anno 816 accepisse S. Meinulphum, cum Baronio aliisque supra laudatis culti, in ea opinione est, qua Sanctum tunc fuisse diaconum, existimat.

75 Ita scilicet statuendum, verosimiliter duxerit, quod Sancto non prius, quam cum jam ad diaconatus ordinem fuisset promotus, licentiam illam seu facultatem datam fuisse, arbitraretur; qua quidem in re falsum eum non esse, verosimillimum apparet; ast sanctum jam inde a concilio Aquisgranensi tempore seu ab anno 816 diaconum fuisse, credere idcirco non possum, quod tunc tertium dumtaxat, ut jam docui, supra vigesimum ætatis suæ annum egerit (verique, ut Thomassinus de veteri et nova Ecclesiæ Disciplina tom. I, lib. II, cap. 69 docet, duobus tribusve regnantis Carolinæ familiæ seculis seu certe seculo a Christi nativitate VIII et IX, quo posteriori monasterium Budicense est conditum, e sacrorum canonum præscripto cautum, ne quis ante vigesimum quintum ætatis suæ annum diaconus ordinaretur. Nec est, quod opponas, in illa Ecclesiæ lege seu præscripto ob morum gravitatem, egregiasque animi dotes, quæ in ordinandis elucebant, dispensatum aliquando fuisse; etsi enim id a vero minime alienum sit, re tamen vera nominatum quantum ad aliquem fuisse dispensatum, non creditur, nisi cum id factum, suadent rationes graves ac solidæ, quales cum pro Sancti nostri ad diaconatum ante vigesimum quintum ætatis suæ annum promotione militare, non inveniuntur, fuisse eum jam inde ab anno 816 diaconum, non apparet, verosimillimeque proinde nec tunc condendi monasterii facultatem, utpote ei primum a suscepto diaconatu verosimiliter ex dictis concessam, a Ludovico Pio impetravit. Hinc porro jam consequitur, ut monasterium Budicense, utpote ante impetratam illam facultatem condi ex dictis non ceptum, nec anno circiter 816 initium accepit, contra ac Baronius alique scriptores supra laudati sensisse videntur ac porro debent, cum dubitandum non sit, quin Sanctus, monasterii extruendi facultate obtenta, manum operi statim admoverit.

77 At vero, inquit, quo ergo tandem tempore circiter aut anno monasterium Budicense extruere cepit? Cum nec ante annum 817 nec post annum 841, uti ex jam dictis pronum est colligere, sacro illi edificio datum fuerit initium, consequens est, ut id illo temporis spatio, quod ab anno 817 ad annum usque 841 excurrit, factum fuerit. Verum nonne res paulo etiam propius definiri potest? Verosimile apparet, S. Meinulphum duos ut minimum annos circiter edificando Budicensi monasterio ejusque templo insumpsisse, hocque statim,

existimasse
necesse est,
anno circiter
816.
E

F

sed illo tem-
poris spatio,
quod ab anno
825 ad an-
num 856

A statim, cum ad apicem fuisset perductum, dedicari curasse. Annum ergo, seu tempus, quo circiter monasterium Budicense initium acceperit, habebimus compertum, si, quo tempore circiter templum, ei adjunctum, dedicari contigerit, compererimus. In hoc igitur inquiramus. Budicense templum, ut Sigewardus num. 22 docet, 4 Idus, id est, 10 Novembris die Sanctus dedicari fecit, ut adeo hæc dedicatio, cum ecclesiarum dedicationes diebus Dominicis fieri olim soluerint, verosimiliter facta fuerit aliquo anno, quo 10 Novembris dies in diem Dominicam incidit. Jam vero, cum ab anno 817, ante quem certe condi ex dictis non cepit Budicense monasterium, ad annum usque 850, quo ex dictis pariter conditum jam dudum fuerat idem monasterium, quinque dumtaxat anni, 821 scilicet, 827, 832, 838 et 849, quibus 10 Novembris dies in Dominicam incidit, inveniantur, aliquo e quinque hisce annis ecclesie Budicensis dedicatio verosimiliter contigerit. Atque hoc primum est, quod pro hac arctiori temporis termino illiganda occurrit; captum modo prosequamur. Cum ante annum 844 seu obitum Ludovici Pii imperatoris, ut jam docui, condi cepit Budicense monasterium, verosimile non sit, aut huic et templo adjecto ædificando decem circiter annos fuisse impensos, aut hoc non prius, quam cum jam quinque annis circiter ad umbilicum fuisset adductum, dedicandum curasse Sanctum, in annum usque 849 differri posse non videtur illius dedicatio. Neque etiam anno 821 factam fuisse apparet, quod sic ob jam dicta locari deberent anno circiter 849 monasterii Budicensis initia, quod tamen a Sancto condi tunc non cepisse, ætas ejus nimis parum adhuc tum protracta suadet, quodque multo serius condi abs illo fuisse captum, vel ex eo apparet, quod Sigewardus, dum de miraculo, quo locum monasterio ædificando aptum Sanctus didicerit, n. 15 et 16 tractat, de eo, veluti de perfecto triginta jam annorum viro, loqui videatur.

occurrit, con-
dere verosimi-
liter cepit,

78 Restat ergo, ut ecclesie Budicensis dedicatio vel anno 827, vel anno 832, vel anno denique 838 acciderit. Hinc porro jam consecrarium est, ut monasterium Budicense, utpote cui temploque adjecto ædificando duos ut minimum annos circiter Sanctus ex dictis verosimiliter insumperit, initium non serius quam circiter vel anno 825, vel anno 830, vel anno denique 836 ac proin decennio illo, quod ab anno 825 ad annum usque 836 excurrit, verosimiliter acceperit. At vero, inquit, monasterium Budicense anno 837 condere aggressus S. Meinulphum, Schatenus ad hunc annum in *Annal. Paderborn.* affirmat, eique etiam assentiuntur *Annales Corbeiensis supra laudati.* Fateor, sic habet: verum Schatenus sola id asserit fide Sigewardine Sancti nostri Vitæ, quam sibi prælucentem habuit, quamque interpolatione esse corruptam, num. 60 edocui; quod autem ad *Annales Corbeiensis* pertinet, præterquam quod horum auctor, utpote qui non citius quam sæculo xv jam multum protracto scripserit, fidem certam hac in re facere non possit, annum 837, cui monasterii Budicensis fundationem innectit, dumtaxat forte collegerit ex illatis per librarios in *Cosmodromium Gobelinianum* verbis, quæ num. 14, iterumque num. 56 huc transcripsi, quæque quam sint sublestæ fidei, num. 61 et binis seqq. ostendi. Adhæc *Annales Corbeiensis* hæc solummodo verba ad præsens institutum facientia suppeditant: 837. S. Meinolphus monasterium sanctimonialium fundat in Bodeke; quæ ita pos-

sunt accipi, ut non necessario significant, S. Meinulphum anno 837 condere cepisse Budicense monasterium, sed dumtaxat vel hoc illum tunc absoluisse, vel, quod significationi verbi fundare apud mediæ et infimæ Latinitatis scriptores magis congruit, jam absolutum reductibus annis, quæ nutriri possent ejus incolæ, auxisse. Ut sit, anno 837 condi cepisse Budicense monasterium, vero idcirco simile non apparet, quod sic templum, ei adjectum, utpote quod anno 849 dedicatum non fuisse jam docuerim, anno 838, uti ex jam dictis facile colligebat, dedicari debuisset, verosimileque non appareat, sacrum illud ædificium intra unius anni spatium adeo fuisse promotum, ut tunc dedicari potuerit. Quod cum ita sit, monasterium Budicense eo temporis spatio, quod ab anno 825 ad annum 836 excurrit, condere cepisse S. Meinulphum, verosimile apparet. Dispicimus modo, qui idem monasterium Sanctus noster e bonis suis fundarit.

79 Veteres monasterii Budicensis Literæ, in *Monumentis Paderborn.* a Ferdinando Paderbornensi episcopo pag. 221 productæ, opportune ad institutum nostrum sic habent: Beatus Maynulfus divinæ revelationis instinctu cælestique visione instructus, quoddam monasterium, quod Westphalica lingua Bodeken, quasi parvum dolium appellavit, in terra patrimonii sui, approbante imperatore, qui tunc Aquisgrani fuerat, solemniter construxit, et ipsum monasterium de bonis suis temporalibus, quæ multa erant, largiter dotavit. et inibi nobiles feminas et devotas, quæ vulgariter Doem-Vrouwen nuncupantur, instituit, quibus sanctus Vir omnem foris evagandi occasionem in vim majoris stabilitatis præcludere volens, provida dispensatione constituit sex armigeros circumjacentes, tamquam procuratores monasterii prædicti, quibus bona sua abundanter distribuit, tam in villis, quam in grangiis, ut de his bonis monasterio prædicto certis temporibus anni omnia necessaria pro victu et vestitu ministrarent. Sed et aliis vasallis armigeris bona pædalia contulit, ut et ipsi essent fideles defensores monasterii prædicti, et subjecti eidem. Propter hoc omne ejus infeodandi, et conferendi ipsa bona pædalia transtulit in ipsas dominas et earum monasterium. Porro his munitionibus feminarum non contentus sanctus pater Maynulfus, potentiores nobilem de vicinis constituit in præfectum, et superiorem defensorem omnium bonorum monasterii, ac causarum emergentium, quantumcumque certis sibi bonis, ac pensionibus de singulis officiis, ut commodius onus hujusmodi portare posset, deputatis, ut his vallatæ circumquaque tutoribus prædictæ feminae Deo devotis famularentur obsequiis. Cujus quidem ordinationis et institutionis dispositio literis sigillatis expressius habetur in prædicto monasterio, et stetit hæc ordinatio per plures annos post mortem beati viri Maynulphi. Ita hæc tenet dictæ literæ, docentes, non tantum Sanctum monasterii, a se exstructo, de patrimonii sui bonis largissime prospexisse, verum etiam in eo mulieres, nobili genere ortas, Doem-Vrouwen, id est, canonissas nuncupatas, (sacras virgines Sigewardus num. 22 dumtaxat vocat) constituisse, quæ tamen quam Regulam fuerint professæ, cum non edicant, in hanc hic inquirendum nunc est.

80 Edmundus Martene in secundo suo *Itinere litterario*, anno 1724 Parisiis excuso, instituti Benedictini moniales fuisse, pag. 246 scribit. Verba

AUCTORE
C. B.

in eoque largissime fundato sacras virgines constituit,

E

F

que non moniales Benedictinae, ut vult Martene,

AUCTORE
C. B.

Verba Gallica, quibus ibidem facit, huc transcribo, prout ea scriptor anonymus, quem notas aliquas ad monasterii Budicensis Chronicon num. 49 memoratum adiecisse, jam monui, Latine reddidit. Sic habent: Monasterium Boddeken tribus milliariibus Paderborno dissitum undique squalida solitudine, sylvis et montibus cingitur. Initio erat abbatia monialium Benedictinarum fundata a S. Meinulpho diacono, cujus corpus etiamnum ibidem magna populorum religione colitur. Postmodum cum moniales relaxarent institutum monasticum, nomenque assumerent canonissarum secularium, eo increvit morum dissolutio, ut ab episcopo Paderbornensi suppressæ, et earum loco canonici Regulares Congregationis Windesheimensis introducti sint. Ita ille. Schatenus in Annalibus Paderbornensibus ad annum 837 verbis num. 59 huc transcriptis scribit, S. Meinulphum opere et subsidio Corbeiensium monachorum, qui ab anno scilicet 822 novam ad Visurgim Corbeiam incolere coeperant, Benedictinique instituti erant, monasterium Budicense condere cœpisse, idque sese alicubi legisse, Oerhamus in suis ad Sigewardinam Sancti Vitam

B *Observationibus pag. 420 affirmat. Idipsum forte etiam Marteneus vel apud Schatenum vel apud alium quempiam scriptorem incenerit, hincque Budicense cœnobium fuisse initio monialium Benedictinarum abbatiam, conjecerit. Verum Schatenus, quod de monasterio Budicensi, opere et subsidio monachorum Corbeiensium per S. Meinulphum inchoato, tradit, e Sigewardina Sancti Vita, interpolatione corrupta, exiguæque proinde, ut jam supra docui, aut potius nullius fidei habenda, dumtaxat hausit, uti ipsemet indicat; nec in melioris forsitan notæ monumento, quod se alicubi legisse ait, Oerhamus invenerat. Adhæc, etsi opere et subsidio Corbeiensium Benedictini instituti monachorum ad condendum Budicense cœnobium usus fuisset S. Meinulphus, consequens propterea non est, ut potius, quam hi profitebantur, S. Benedicti Regulam, quam, cui ipsemet adhærebat, canonicæ vitæ institutum a Sanctimonialibus, in monasterio a se constructo, deinde constitutis, observari voluerit. Et vero rem aliter sese habere, ex jam nunc dicendis unicuique, quantum opinor, verosimillimum apparebit.*

sed canonicæ
sub Regula

C *81 Audi interim, qui Martenei verba proxime recitata seu potius ipsum Marteneum laudatus anonymus in suis ad Chronicon Budicense Notis pag. 118 excipiat. Quod. . vir clarissimus asserat, abbatiam Bôddekensem ab initio fundatam esse pro monialibus Benedictinis, nescio, quo id adstruat fundamento ac documento veteri. Certum enim est ex antiquis monumentis, abbatiam illam ab initio fundatam esse pro canonicis sub Regula Aquisgranensi militantibus, quæ utrum habendæ sint pro Regularibus vel Sæcularibus, non est hujus loci disceptare. Doctam de hac re Dissertationem edidit adm. R. P. Hermannus Busenbaum, celebris scriptor Societatis Jesu in suo præclaro libella, LILIE UNTER DEN DÖRNEREN. id est, Lilia inter spinas, ubi ostendit, Regulam Aquisgranensem non solum in variis monasteriis canonissarum sæculo nono observatam esse, sed ejus observantiam in monasterio ad S. Cæciliam Coloniæ usque ad annum 1474 perdurasse. Idem testatur canonicis Assindiensis monasterii (in Essen) ab Alfrido episcopo Hildesiensi in litteris foundationis anno 877 Regulam Aquisgranensem canonissarum præscriptam esse; atque eandem affirmat rece-*

D *ptam fuisse a primis canonicis Bôddekenensibus mox in ipsa primæva fundatione. Hactenus anonymus Chronici Budicensis editor, et recte sane; etsi autem antiqua, ex quibus abbatiam Budicensem ab initio pro canonicis sub Regula Aquisgranensi militantibus fuisse fundatam constat, monumenta non nominet, non dubito tamen, quin sacræ virgines, quas S. Meinulphus in monasterio a se condito primum collocavit, ad Regulam Aquisgranensem, quod etiam Busenbaum Societatis nostræ sacerdos existimavit, observandam fuerint constrictæ.*

82 Hæc enim in vetustis, quas mox huc transcripsi, de monasterii Budicensis fundatione litteris doem-vrouwen, id est, canonicæ seu canonicæ appellatur; concilii autem Aquisgranensis, anno 816 celebrati, Patres, monente Ludovico Pio imperatore, anno imperii ejus tertio, constitutionem seu Regulam ob animarum (verba ipsiusmet concilii) sanctimonialium canonicæ degentium, id est, canonicarum seu canonissarum, salutem, divina inspirante gratia, ex sanctorum Patrum auctoritatibus, velut ex pratis vernantibus quosdam flosculos, collegit et in unum congressit, atque communi voto communique consensu sanctimonialibus tenendam observandamque percensuerunt; jñm vero, cum sacræ Budicenses virgines post illud demum Aquisgranense concilium, uti ex jam supra dictis liquet, fuerint institutæ, verosimile non apparet, aliam ipsis Regulam, quam quæ a Patribus Aquisgranensibus pro sanctimonialibus canonicæ degentibus seu canonicis fuisset constituta, observandam proposuisse S. Meinulphum, qui et ipse una cum ecclesiæ cathedralis Paderbornensis canonicis, quorum unus fuit, ad Regulam, in eodem Aquisgranensi concilio canonicis præscriptam, vitam evexit, ut supra edocui. Canonicæ ergo, sub Regula Aquisgranensi militantibus, ut scriptor anonymus verbis mox recitatis loquitur, non autem moniales Benedictinæ fuerint virgines sacræ, quas S. Meinulphus in monasterio, a se constructo, constituit. Verum, sciscitabere modo, Regularesne, an Sæculares fuerunt illæ canonicæ?

Aquisgranensi
militantes

E

83 Sæculares utique non fuisse, liquet ex eo, quod, quæ postmodum dictæ fuere Sæculares canonicæ, voto castitatis non fuerint obstrictæ, usque, si quando sese offerret occasio, ad nuptias transire licuerit; sacræ autem virgines seu canonicæ, a Sancto nostro Budicæ institutæ, ad castitatem servandam tenerentur, utpote ex jam dictis Aquisgranensem, quæ castitatem, uti illam legenti patescet, præscribebat, Regulam professæ. Adhæc in concilio Aquisgranensi præcipitur iis, quæ se castimonialis nominis professione Domino vixerant, ut in monasteriis jugiter resideant; omnes in dormitorio dormiant, iisque in refectorio comedentibus et religiose silentium tenentibus, continuatim legatur lectio. Et cap. 11 præcipitur abbatissis, ut monasteria Puellarum undique firmissimis circumdant munitionibus, ut nulli nisi per portam pateat aditus. Cap. 18 modus statuitur coercendi intra septa monasterii sanctimonialem incorrigibilem, quia nullatenus huic sæculum repetere fas est. Quæ omnia cum canonicis seu canonicis sæcularibus minime congruant, Regulaque canonissarum Aquisgranensis nihilominus præscribat, sanctimoniales, hanc professæ, canonicæ sæculares non fuerunt, ac proin nec sacræ virgines, quas Sanctus Budicæ instituit. At vero, inquit, ipsas canonicas, in concilio Aquisgranensi insti-

fuerunt, etsi
interim nec
Regulares
nec Sæculares
canonicæ

F

A *institutas, seculares in Sancti nostri Vita num. 15 facit Gobelinus.*

dicta fuisse
videatur.

84 Fateor, sic habet: verum hic Meinulphi biographus ibidem etiam sic scribit: Sanctus Meinulfus divinæ Majestati placitum... esse, pie præsumpsit, si in loco memorato (*Budicensi vero*) monasterium pro hujusmodi canonissis (*de solis, in concilio Aquisgranensi institutis, fuerat locutus*) de suis bonis et in patrimonio suo fundaret, ut ibi sub custodia castitatis devotum Deo exhiberent famulatum; *Gobelinus ergo, canonissas, in concilio Aquisgranensi institutas, voto castitatis fuisse obstrictas, existimavit, ac proin eas, more sui temporis, quo plures canonissæ et nomine et re, primæ relicta Aquisgranensi Regula, seculares jam erant, ad anteriora tempora relato, Canonissas Seculares perperam facit: quod etiam de quibusvis temporum posteriorum scriptoribus et monumentis, si in iis forte canonissæ, in concilio Aquisgranensi institutæ, Seculares vocentur, est dicendum. Nec propterea tamen eas sanctimonialesque, a Sancto Budicæ statutas,*

B *fuisse dictas canonicas Regulares, concludas: uti enim canonici Regulam Aquisgranensem professi, absque addito vel secularis vel Regularis, simpliciter, ut supra docui, dicti fuere canonici, ita et de canonissis, Regulam Aquisgranensem professis, factum videtur.*

§ VI. Sancti obitus, sepultura, miracula, corporis elevatio.

Sanctus, cujus
plura gesta
litteris com-
mendata non
sunt.

Budicense monasterium erexisse Sanctum, vitæ sanctitate eluxisse, canonicum Paderbornæ egisse, præsertim ex antiquiori ejus biographo jam docui. Verum plura cum gessisse, utut posteriorum memoria dignissima, quæ litteris commendata non sint, verosimillimum apparet, ut falsitatis habere suspecta vix audeam, quæ de eo Schatenus in *Annal Paderborn.* pag. 114 his verbis commemorat: Nihil a Meinulpho ferventius per omnem vitam actum, quam ut Christi religionem inter

C populares proferret, hominesque rudes, quos ex barbaris Christianos ætas illa formabat, Christi legibus et disciplina excoleret. Quo in opere magnam virtutis et laboris campum sortitus, ita se probavit, ut illum inter primos Evangelii doctores, et sanctissimos Paderbornensis cleri viros posteritas venerata sit. Qua in re, ut in aliis, nihil ex ætate illa magis desideramus, quam scriptorum; qui præclara ejus sacra * enucleatus ad nos transmississent. Hæc ille; quæ sane majorem etiam veri speciem haberent, si quod in fine inuit, Sanctum nostrum, non tantum ut Sanctum, sed etiam ut e primis Evangelii doctoribus a posteritate fuisse honoratum, constaret; verum, utut res hæc habeat, equidem eam nec scriptoris antiqui testimonio, nec fidei sat probatæ documento confirmare queo. Sigewardus, qui et ipse nihil omnino eo faciens suppeditat, monasterii Budicensis fundatione sacrarumque virginum seu sanctimonialium in id inductione relata, miraculum, quo combustum sanctimonialis velamen seu peplum integritati S. Meinulphi restituerit, dumtaxat adhuc narrat, moxque ad edocendum felicem Sancti e vivis excessum prosihiens, num. 26 sic scribit: Postquam Rex regum Militi suo (S. Meinulpho nimirum) gloriosas con-

* an facinora?

tra antiquum serpentem concessit victorias, noluit eum ultra extollere fortuna bellorum; sed maluit ei pariter conferre et præmium et finem laborum. Id ipsum quoque ipse Miles emeritus sitiabat ardentissime... Cumque et Domini et Servi velle concordaret familiariter, sicut huic Domino velle, posse et esse est unum, 3 Non. Novemb., ut voluit, transtulit ad se Servum suum; qui, de terris ad cælos translatus, in monasterio, quod ipse construxerat, terreum corpus cognatæ terræ reliquit.

86 Ita antiquior biographus, Sanctum ætate non anno jam grandævum seu senem obiisse, sat aperte indicans; verum cum nullam prorsus, e qua, quo id anno circiter factum colligas, notam chronicam adjungat, ut tempus S. Meinulphi emortuale aliunde utcumque conemur eruere, necessum est. Gobelinus in Vita num. 25 et tribus seqq. docet, Sanctum nostrum de terra fuisse levatum, cum jam, quinquaginta circiter annis ab obitu ejus elapsis, Arnulphus Romano imperio imperator et Bisio Paderbornensi ecclesiæ antistes præesset. Arnulphus non quidem anno 897, ut loco proxime cit. vult Gobelinus, sed anno 896, uti ad hunc annum Pagius in Criticis ostendit, Romanorum imperator fuit coronatus, annoque 899 excessit e vivis, ut S. Meinulphus vel anno 896 vel aliquo tribus et seqq., de terra fuerit levatus, utque proinde, cum anni circiter quinquaginta, quibus, cum id factum est, e vivis jam abierit, ab anno 896 ordine retrogrado computati deducant ad annum 846, vitam hanc mortalem cum immortalis vel hoc ipso anno vel aliquo e tribus sequentibus commutarit, si re ipsa Sanctus, ut scribit Gobelinus, quinquaginta circiter post obitum annis, Arnulpho Romanorum jam imperatore, de terra fuerit levatus. Et Schatenus quidem huic fere inhærendo calculo Sancti nostri obitum anno 847 innectit, in *Annal. Paderborn.* ad hunc annum sic scribens: Licet annus mortis (S. Meinulphi scilicet) a scriptoribus tam plane consignatus non sit, ad hunc tamen (annum 847) per indicia referre visum est, quod a morte ejus usque ad annum 897, quo corpus ejus solemniter humo levatum est, anni quinquaginta effluxisse referantur, idque Arnulpho rege et Bisone episcopo, factum memoratur, ut jam retro legendo annos, hunc ei annum supremum vitæ fuisse, opinari liceat.

87 Schateno porro hic assentitur, quem num. 847, 18 laudavi, Georgius Garnesfeldt, eodem fere, quo hic, argumento in *Mss. suis ad Gobelinianam Sancti Vitam Annotationibus* cum anno Christi 847 Meinulphi obitum conjungens, aliosque præterea, quos hic enumerare necessum non est sibi hac in re consentientes habet. Verum, præterquam quod ex dicendis certum non sit, Sanctum nostrum vel anno 897, ut Schatenus notat, vel anno 896, aliove e tribus sequentibus, uti ex Gobelini calculo sequitur, de terra solemniter fuisse levatum, unde hoc quinquaginta circiter annis fuisse a Sancti obitu factum, Gobelinus didicit? Ait quidem in priori suo Prologo hic noster biographus, sese, quæ de Meinulpho litteris mandat, ex diversis scripturis antiquis et ex rerum gestarum sibi cognitarum occurso deprompsisse; verum cum simul, quæ qualesse, quas laudat, quasque sibi præluxisse innuit, scripturæ antiquæ fuerint, non edicat, primumque Paderbornensium episcopum Hathumarum, quem ante annum 815 vita non esse functum, ex occurrente apud nos tom. II Augusti de sancto hoc

AUCTORE
C. B.

non anno

E

F

AUCTORE
C. B.

hoc antistite Commentario satis superque constat, anno 795 ad cathedram Paderbornensem fuisse euectum, annisque dumtaxat octo post, seu anno 803 aut sequenti abiisse e vivis, scribat, dubitari non immerito potest, an, quemadmodum scripturæ antiquæ, ex quibus hoc postremum Gobelinus hausit, erroneæ indubie fuerunt, erroneæ pariter non fuerint scripturæ antiquæ, e quibus Sanctum quinquaginta circiter post obitum annis de terra fuisse levatum, didicit.

sed verosimilius anno circiter 857,

88 Quod cum ita sit, Sanctum anno 847 ad Superos migrasse, argumento e Gobeliniana Sancti Vita hinc deducto, certum esse non potest. Nec annum Sancti emortualem cum anno Christi 847 componendum, Annales Corbeiensis supra laudati evincunt; etsi enim hi diserte notent, 847 pius Meynolphus moritur, multis miraculis clarus, auctorem tamen, uti jam supra satis innui, Gobelino habent recentiorum, ut forte ex hoc annum, quem Sancto emortualem statuunt, dumtaxat ille hauserit ac proin, ut is hinc nihilo certior evadat. Et vero Sanctum jam inde ab anno 847 videre desiisse, pati non videtur, qua tamen ex dictis standum, antiquior Sancti Vita, per Sigewardum conscripta. Cum enim, uti ex hac num. 31 et seq. docui, Sanctus non citius quam anno 793 circiter natus esse queat, qui cum, si anno 847 obiit, ætate jam grandævum seu senem, uti in eadem Sigewardina Sancti Vita non obscure eo dictis traditur, excessisse e vivis, verum esse queat? Certe anni septem, si ad annos 47 adjiciantur, annos dumtaxat quatuor supra quinquaginta efficiunt; quis autem virum, quinquagenario dumtaxat paulo majorem, ætate jam grandævum seu senem recte dicendum putarit? Florarii nostri auctor S. Meinulphi obitum (adi num. 4) cum anno Christi 857 componit, qui cum auctus annis septem, quibus Sanctus ante sæculum IX vixit, pro toto temporis spatio, quo is in vivis egit, annos det quatuor supra sexaginta, videaturque qui tot annos aut paulo dumtaxat plures habuerit, ætate jam grandævus seu senex non immerito dici posse, Sanctum nostrum anno circiter 857 felici e vivis excessu ad Superos migrasse, verosimilius autumo, supraque idcirco annum illum in margine adscripsi.

3 Octobris die ad Superos migravit.

89 Atque ita quidem annum Sancti emortualem utcumque determinavimus; uti autem hic, prout jam dicta ostendunt, omnino certus non est, sic nec dies nec mensis, qui Sancto supremus fuerit, omnino exploratus habetur. Etsi enim Meinulphum 3 Nonas, seu 3 Novembris die (vide verba num. 85 huc transcripta) vitam cum morte commutasse, Sigewardina Sancti Vita, ab Overhamo edito, atque, quod penes nos exstare supra monui, Ms. Hardeshusanum apographum expresse tradat, in additamento tamen, quod huic ad marginem adjicitur, mensem Novembrem pro Octobri perperam poni signatur, quod cur fiat, sese non capere, Overhamus in suis ad Sigewardinam Lucubrationem Observationibus pag. 420 affirmat. Adhæc omnia Gobelini penes me exstantia, aliæque, quæ Overhamus habuit, apographa, Suriana editio, uti etiam ipsa Sigewardina Sancti Vita, quam Browerus, rescissis dumtaxat, quæ ad rem non faciunt, digressionibus, e Mss. exemplaribus edidit, 3 Non, seu 5 die Octobris obiisse S. Meinulphum tradunt. Addi possunt tum Fasti sacri, supra adducti, qui Sanctum 5 Octobris die, veluti qui ei in celo natalis fuerit, annuntiant, tum Budicensia antiqua de Meinulpho Officia, quæ 5 Octobris diem,

tamquam ei natalem, expresse signant, ut sane Novembris an Octobris 3 Non. Sanctus e vivis excesserit, possit non immerito revocari in dubium. Imo vero cum Gobelinus, qui ut jam docui, non tam novam Vitam, quam paraphrasin Vitæ, a Sigewardo scriptæ, concinnavit, plura hujus exemplaria sibi prælucentia habuisse videatur, Octobrisque nihilominus, non Novembris, 3 Non. Sanctum obiisse, non secus ac Browerus, cui unum saltem exemplar ejusdem Sigewardinæ Lucubrationis præluvit, in compendiosiori hujus editione mox dicta, notet, Octobris, non Novembris, in primæva genuinaque Sancti Vita, per Sigewardum scripta, positum fuisse, verosimilius idcirco videtur, quod, quemadmodum ex jam dictis facile colliges, duo dumtaxat hujus exemplaria Novembris, tria autem ut minimum aut quatuor, quibus præterea Fasti sacri, Sanctum hodie commemorantes, suffragantur, Octobris expriment. Hinc porro jam consequitur, ut Sanctum quinta die Octobris, non tertia Novembris, e vivis excessisse, verosimilius pariter debeat videri.

90 Ab anno dieque, uti etiam mense, quo Meinulphus vita functus sit, jam examinato atque utcumque definito, ad miracula, quæ post ejus obitum magno numero patrata narrantur, jam progredior. Hæc inter primo loco occurrit, quod Gobelinus num. 20 refert. En, qui id ad annum 847 in Annal. Paderborn. comptiori ornatiore stylo Schatenus exponat. Fuit vero, inquit, D. Meinulphus, ut per omnem vitam sanctitate conspicuus in clero Paderbornensi, ita mortuus pluribus signis illustris; inter quæ illud memorabile, quod, dum corpus mortuæ ad tumulum deferretur, ac funebribus sacris peractis, humo integendum esset, resupinum idem corpus e feretro se erigeret, attonitis omnibus, qui aderant, ad tam insolitum spectaculum. Quos Sanctus benigne affatus, Ite, inquit, ad episcopum, et dicite, quæcumque a Congregatione hac virginum electa fuerit abbatissa, eam non impediatis (secus ante voluisse Sanctus Sequentia num. 112 recitanda indicatur) adire munus, etsi conditione ancilla fuerit; nam qua sollicitudine et labore hoc ego monasterium construxerim, scitis. Quid vero ab illis fieri oporteat, qui pastorum in Ecclesia munus gerunt, ego, exutus corpore mortali, didici. Quibus dictis, clausit rursus oculos, et in feretro se repositus humarique jussit. Ita ille; qui a Gobelino, etsi quidem non in rei substantia, in adjunctis tamen nihil differt, ac maxime in eo, quod Sanctus, ut vitæ tantisper restitueretur, a Deo per Deiparam sese impetrasse, in suo ad adstantes alloquio apud Schatenum, contra ac apud Gobelinum facit, non dicat. Verum quid de insigni hoc miraculo, quod Balinghemus in contextum a se Kalendarium Marianum etiam intulit, censendum apparet? Etsi in rem suam scripturas veteres, antea adhuc (in priori scilicet suæ de Sancto Lucubrationis Prologo) a sese laudatas, Gobelinus loco cit. diserte laudet, cum tamen, quæ qualescæ hæ fuerint et quo ævo scriptæ, ne vel verbo prodant, sola harum fide pro certo habendum non reor rarissimum illud resurrectionis miraculum, maxime quod Sigewardo, antiquiori nostro biographo, utpote id non memoranti sequere nihilominus, ut, si quid plus ad notitiam suam ex sancti Viri miraculis pervenisset, stilo memoriae traderet, voluntate divite et benigna coactum, num. 27 in fine scribenti, ignoratum fuisse videatur, minime tamen,

D

E

multisque ab obitu, quorum unum hic vocatur in dubium,

F

A men, si factum fuisset, ignorandum, ut apparet, scriptori, qui alia memoratu minus digna et compta habuit et in litteras misit.

patris miraculis de terra tandem,

91 Ad alia modo prodigia, quæ proxime hic jam memorato discussoque Gobelinus deinde subiungit, sermonem concertamus; ea non in solo hoc scriptore antiquisve scripturis, ab eo citatis, verum etiam in ipso Sigewardo, antiquiori Sancti biographo, sunt fundata: atque hic quidem, quod et a Gobelino fit, magnum ad Sancti jam sepulti tumulum pauperum Christi, quorum alii miraculorum præteritorum fama excitati, alii futurorum expectatione incensi accesserint, factum esse concursum, neminemque ex his spe fuisse frustratum, num. 28 præfatus, duo patrata miracula, quorum altero Sanctus pannum lineum ab igne seraverit illæsum, altero famulum olim suum, cum tertio ei in somno apparuisse, ad meliorem frugem adduxerit, mox narrat, aliaque deinde, memoratu dignissima, subiungit, quibus demum factum est, ut sacrum Sancti corpus de terra a

B Sancti de terra levationem, Sigewardus quidem num. 34 et quatuor seqq., Gobelinus vero num. 25 et tribus seqq. sunt complexi, Schatenus in Annal. Paderborn. pag. 234 compendio exhibet, quod, ut rem totam, etsi interim fidem, non secus ac visiones, de quibus num. 66 et binis seqq. actum, ægre apud omnes, et forte non immerito, inventura sit, studiosum lectorem paucis edoceam, huc transcribo. Sic habet: Dum in Bodecensi basilica (quodam die, nullam determinando, scribit Sigewardus) solemniter ritu sacrificium Missæ perageretur, ac diaconus Evangelium caneret, xv Calend. Februarii (diem hunc notat Gobelinus) cippus, qui sepulchro Meinulphi impositus erat, magno sonitu in quatuor partes rumpitur, attentis omnibus, qui aderant; ac mox, ubi ad sacræ Hostiæ elevationem perventum est, ingenti rursus fragore idem lapis in minuta frusta sectus dissilit.

cum miracula miraculis accedent, a Bisone Paderbornensi episcopo

92 Rei novitate obstupefacti accedunt ad sepulcrum, videntque terram, qua tumba intacta fuerat, recessisse in latera sepulchri, ipsumque sarcophagum totum se in conspectum dedisse, simul tam suavis odor afflatus et sepulcro, tanquam his signis ostenderet Deus elevationem corporis faciendam. Quæ ubi ad Bisonem episcopum relata sunt, atque ille inter incertæ fidei hæc haberet, censuit sepulcrum sua humo et lapide rursus integendum; quo facto, haud multo post sepulcrum, submoto cippo, arcana vi disjicitur. Consultus denuo episcopus, nec quidquam ratus divinæ monitionis subesse, jubet denuo sepulcrum componi. Inter hæc D. Meinulphus presbytero Meinhardo in proxima Attelensi parochia (Meinhardum paracialis hujus ecclesiæ rectorem Gobelinus, non Sigewardus, facit) se per somnum offert monetque, episcopum adeat, et pro ostensis signis ossa honorificentiori loco collocaet. Id cum presbyter quoque iterato monitus negligeret, ratus se vana imagine deludi, tertium se offert Meinulphus, cæcitatem comminando, a qua non prius liberandus, quam jussa explerit. Mane ubi diluxit, oculis se captum advertit. Ita cæcus manuque ductus ad episcopum, exponit, quid sibi evenerit, quid D. Meinulphus fieri velit. Tum tandem Bisio episcopus intelligens, ac sibi etiam metuens, Bodekam cum sacerdotibus proficiscitur, et solemniter

Octobris Tomus III.

ritu corpus D. Meinulphi e terra levatum, ac publico cultu venerandum exponit. Vixdum hæc præstita sunt, cum Meinhardo presbytero visus est redditus. Recte hactenus e Sigewardo et Gobelino Schatenus; verum hæc, seu potius factam Sancti (de hac enim potissimum agendum hic nunc est) de tumulo per Bisonem Paderbornensem episcopum levationem recte enim ad annum Christi 897 refert.

93 Facit id haud dubie, quod Sancti de terra levationem non prius contigisse crediderit, quam cum jam Arnulphus, quod anno demum 897 factum, Gobelinus, perperam scribit, ad Romanum imperium fuisset evehctus. Verum an Sancti nostri corpus, Arnulpho Romanorum jam imperatore, de terra fuerit levatum, incertum esse ac dubium, jam supra edixi, idque etiam me ostensurum, spocondi; quod proinde, ut fidem liberem, præstandum nunc est, Sigewardus, Sancti de terra levationem miraculaque hanc proxime prægressa narraturus, primum ex his temporibus... Arnulphi regis Bisonisque Patherbrunensis episcopi accidisse, num. 34 memoriæ prodit; Arnulphus autem seu Arnulfus, quem hic memorat alius non est, quam Arnulphus, Carolomanni Bajoariæ filius nothus, qui in Triburiensibus principum comitiis anno 887 rex Germaniæ, et Romæ anno 896 imperator creatus est, annoque 899 excessit et vivis. Jam vero, cum Sigewardus, dum princeps hic rex esset, nulla plane imperatoris, ad quam tunc fuerit evehctus, dignitatis mentione adjecta, Sancti nostri de terra levationem factam doceat, est sane, an hæc, Arnulpho jam imperatore, contigerit, admodum dubium; imo vero, hoc principe dumtaxat adhuc rege, contigisse, verosimilius idcirco videtur, quod dumtaxat rex a Sigewardo, non imperator, loco cit. vocetur. Hinc porro jam consequitur, ut, cum ex dictis Arnulphus anno 887 rex, annoque 896 imperator fuerit creatus, Sancti nostri de terra levatio neque determinato anno 897, ut Schatenus aliisque placet, neque aliquo e tribus sequentibus, sed eo temporis spatio, quod ab anno 887 ad annum usque 896 excurrit, a Bisone, Paderbornensi episcopo, quem ab anno 886 ad annum usque 908 sedisse, communior modo est eruditorum opinio, verosimilius facta fuerit.

AUCTORE C. B.

inter annum 887 et annum 896 verosimilius fuit levatus,

94 Nec est, quod hic opponas Gobelinum, qui Sanctum non prius, quam cum jam quinquaginta circiter ab obitu ejus anni essent elapsi, de tumulo fuisse levatum, memoriæ prodit, hanc enim scriptoris illius narrationem falsitatis merito haberi posse suspectam, ex jam ante dictis liquet. Porro cum Sanctus de tumulo jam fuisset levatus, frequentior indies, quo sacras ejus reliquias visitarent, fiebat fidelium ad Budicense monasterium concursus, cumque crebra, uti Sigewardus et Gobelinus docent, in concurrentium gratiam ac favorem evenirent miracula, Meinulphus magis magisque sanctitatis fama inclaruit; vero pro Sancto etiam canonizato poterat non immerito haberi, cum et sacrum ejus corpus de terra jam fuisset ex dictis levatum, et solerent olim beati Viri, quibus id honoris ab episcopis fuisset exhibitum, pro Sanctis canonizatis honorari, licet interim canonizatio, qua sic fuissent affecti, pro particulari dumtaxat canonizatione seu potius beatificatione posset haberi, uti Benedictus XIV in Opere suo de Severarum Dei beatificatione et Beatorum canonizatione lib. 1, cap. 6, num. 9 docet. At vero quis qualisque Meinulpho, ut Sancto, cultus fuit delatus? Rem hanc infra suo

sicque inter Sanctos relatus. F

AUCTORE
C. B.

loco discutiam, ac primo quidem, quem cultum Sanctus in monasterio Budicensi, deinde vero, quem alibi fuerit adeptus, exponam.

§ VII. Tentata incassum reliquiarum Sancti e monasterio Budicensi Paderbornam translatio, factaque in id canonicorum Regularium inductio.

Etsi dubitandum non sit, quin sanctimoniales Budicensis S. Meinulphum, solenni ritu a Bisone Paderbornensi episcopo de terra jam levatum, cujus, hoc honore nondum affecti, sacrum corpus summa cura venerationeque, teste in Vita num. 28 Sigewardo, custodiendum curant, singulari quodam modo honorare inceperunt, constanterque

B deinceps veluti munificentissimum monasterii sui fundatorem, benignissimumque opud Deum patronum, honorarint, quo tamen id cultus ecclesiastici genere fecerint, non habeo edicere, cum ea de re altum sit apud scriptores omnes antiquos silentium, nec etiam vetustum uspiam (vide tamen infra num. 118) monumentum occurrat, e quo quidquam eo conducens possit elici. Melius se res habet, quantum ad cultum, in monasterio Budicensi a canonicis Regularibus Sancto post exhibitum: verum hac de re, ut, quo quæque gesta sunt ordine, proponantur, sermonem non prius instituum, quam cum de religiosis illis viris in dictum monasterium inductis, tentataque ex hoc sacrarum Sancti reliquiarum, antequam hæc una cum monasterio in illerum potestatem venirent, Paderbornam translatione, tractaro. Budicensis sanctimonialium congregatio, non secus ac plures aliæ, a vitæ instituto seu Regula, canonicis in concilio Aquisgranensi anno 861 sub Ludovico Pio imperatore præscripta, temporis lapsu ita descivit, ut sacræ virgines, quæ ei nomen dederant, nec castitatis voto essent constrictæ, nec, cum se daret occasio, deserto monasterio, nubere dubitarent; etsi autem, quo circiter tempore ita a primæva disciplina vitæque rigore

C sacra illa a S. Meinulpho instituta congregatio defecerit, exploratum non habeam, mulieres tamen, quæ huic sese junxerant, jam inde a sæculo quarto decimo voto castitatis non fuisse obstrictas, subindeque etiam, relicto, quod susceperant, vitæ instituto, ad nuptias transisse, plus semel jam laudatus Joannes Probus in Budicensi Chronico pag. 46, et Opusculi Ms., cujus num. 20 notitiam dedi, auctor anonymus, ambo rei gestæ æquales, luculentissime indicant, ut tunc Budicenses sanctimoniales et re et nomine, nec immerito, canonicæ sæculares haberentur.

harumque
monasterium
ad miseran-
dum

scopus in Monumentis Paderborn. pag. 222 et D 288 docet; ab iis ipsis autem, qui sanctimonialium commodum procurare debuissent, insigni damno fuit affectum, quando hi bona, e quibus sanctimonialium victui et vestitui prospiciendum erat, in propriam utilitatem converterunt, imo vero pro propriis suis bonis habere, non erubuerunt, uti intelligitur e veteribus de Budicensis monasterii fundatione litteris, num. 79 huc ex parte transcriptis, quæ verbis, ibidem recitatis, proxime hæc habent subjecta: Sed heu, conveniunt inimici omnis religionis, dignitas generis, ocium et voluptas, et castra Dei ac patrimonium Christi funditus davastantes nihil reliquerunt, proinde dicti officii (adi num. 79) et vasalli bona sibi deputata pro ministracione necessariorum monasterii sibi appropriarunt, vendiderunt et hereditibus suis tamquam propria, nemine contradicente, reliquerunt. Atque ita, malis hisce maxima etiam sanctimonialium in curandis tutandisque rebus suis negligentia accedente, factum tandem est, ut anno circiter 1400 monasterium Budicense una cum ecclesia ei adjuncta, quæ, postquam a Fursenbergiis fuisse combusta, vel nunquam ex integro a sanctimonialibus instaurata vel certe iterum deinde ruinam passa fuisse videtur, in miserandum illum statum inciderit, quem Joannes Probus in Budicensi Chronico pag. 3 lectori ob oculos ponit.

E 97 En verba, quibus id ibidem facit. Contigit, inquit, circa anno 1400 dictum monasterium (Budicense) non hostium incursione, sed tinea ab intus latenter corrode, ad tantam venire paupertatem, ut præfati monasterii redditus, ac proventus soli abbatissæ Walburgæ, ibidem in vili tugurio degenti, ad ejus inopiam repellendam minime sufficere potuerint: nam bona monasterii magna ex parte aut alienata fuerunt, aut aliis obligata; itaque monasterium in solitudinem quodammodo redactum videbatur, ecclesia ipsius et turris magna absque tectis, crescentibus arboribus velut in saltibus, superius repleta fuerunt, quemadmodum radices earundem testudinibus infixæ adhuc hodierno die clarius manifestant; ita ille, cui cum non tantum consonet, verum etiam rem distinctius exponat Opusculi Ms. plus semel jam laudati auctor, verba ejus huc facientia, utut parum concinna, pariter describo. **F** Postquam... inquit, ecclesia Bodecensis seu ejus monasterium per annos circiter quingentos quinquaginta sub femineæ regiminis fragilitate steterat, declinatio ejus jam annis continuata plurimis tantam vergebat in miseriam, quod ecclesia, cum toto monasterio incendio vastata, rusticorum dormitorium et granarium, et brutorum animalium stabulum est effecta. Pavimentum ejus fimo bestiarum duorum pedum altitudine cum egestionis ingluvie quasi per totum fuit coopertum. Muri et testudines ejus una cum turri imbribus patentes et nivibus decem et octo annis continuis stillicidia se penetrantia tolerarunt, sola illa parte, quæ chorum continebat ejusque latera, in tecto reformata. Calices, libri, campanæ et omamenta varia, census, redditus, bona immobilia atque jura ipsius aut venditionis aut impignorationis titulo, et nonnumquam furti, rapinæ aut usurpationis fraudulentæ vitio vicissim alienata fuerunt. Non remanserat tandem ædificium ex illo toto monasterio et pertinentiis ipsius omnibus, quo a molestacione pluvie vel fervore solis se posset homo tueri, præterquam domuncula quædam, in qua

admodum
statum esse
redactum,

A qua sola abbatissa cum familia grandi degebat sub ærumna. Arbores et arbusta in capellis ejus, quarum introitus, murorum fragmine prohibente, bestiis non patuit, et super earum altaria, tamquam in saltu succreverunt. Omnes tam canonicæ quam clerici, etiam presbyter parochialis, locum deseruerunt.

reliquiarum
Sancti inde
Paderbornam

98 *Budicensi ergo monasterio una cum adjuncta ei ecclesia ad deplorandum adeo statum aliquamdiu jam redacto, de asseratis ibidem ad illud usque tempus S. Meinulphi reliquiis, quo decentiori honestiorique loco hæc collocarentur, Paderbornam transferendis est cogitatum, fuitque etiam vere, Wilhelmo ad Paderbornensem cathedram anno 1106 eelecto, translatio illa, irrita licet conata, tentata. Qui res facta sit, proxime laudatus scriptor exponit, in Ms. suo Opusculo, penes me exstante, sic scribens: Anno igitur Nativitatis Dominicæ millesimo quadringentesimo sexto, Wilhelmus, filius ducis de Monte, electus Paderbornensis, per capitulum suum super translatione reliquiarum sancti Meynulphi, et bonorum ipsius monasterii (Budicensis scilicet) restantium ad ecclesiam Paderbornensem tentatus, in reliquiario, ut major eis honor impenderetur, sed non in honorum translationem, verbis et facto consensit. Nam idem electus una cum decano et aliis quam pluribus canonicis et ministerialibus ipsius ecclesiæ Paderbornensis suorumque comitiva non modica versus villam Bodeken se direxit, cumque loco jam visi sunt adesse, mulieres villæ illius duæ, istos ob translationis prædictæ causam venire suspicatas, se ad ecclesiam contulerunt, et abrepta archa reliquias continente supra dictas, eam in quodam equorum stabulo, turri ipsius ecclesiæ versus Austrum affixo, sub paleis absconderunt. Et dum isti, chorum ecclesiæ ingressi constipatim, archam in loco suo non viderunt, ab illis mulieribus sciscitabantur, quo archa devenisset; quæ tanquam rurales, astutiæ Rachelis expertes, plane mendacio inquirentes fallere sui Patroni zelo succensæ non veritæ, illam ad castrum Wevelsburg vicinum sibi responderunt fore deductam. Ipsi tamen verbis earum minus creduli, cistas rusticorum plurimas, quibus ecclesiæ repleta fuerat, aperiendo, reliquias istas in eis et ipsius ecclesiæ locis particularibus sollicitè quærebant, et, dum se viderunt frustra laborare, via, qua venerant, confusi redierunt.*

B
C
translatio
frustra tenta-
tur;

99 *Irritum hisce verbis jam relatam sacras S. Meinulphi reliquias e monasterio Budicensi auferendi conatum memoriæ etiam produnt Gobelinus in Cosmodromio ætate 6, cap. 90, et Joannes Probus in Budicensi Chronico part. 1, cap. 4, pag. 3, et seq. Ac Gobelinus quidem, etsi non in loco, quo sacra pignora a binis Budicensibus mulieribus fuisse occultata, scribit, in reliquiis tamen adjunctis cum relatione modo data sat exacte congruit; quod vero ad Joannem Probum pertinet, is rem loco cit. ita exponit: Venerabilis Henricus, nobilis de Büren, ejusdem ecclesiæ (cathedralis Paderbornensis) præpositus, beati Meinulphi corpus ad majorem Ecclesiæ honorem de sæpe dicto monasterio Bodecensi eidem auferre decrevit. Adscriptis itaque sibi quadraginta equitibus versus præfatum monasterium iter arripuit; cumque unus de exercitu (non casu, sed Deo disponente) ante alios versus Bodeken veniret, improvise loquens, causam adventantis præpositi denudavit, quam cum audirent duæ mulieres, speciales B. Meinulphi amatrices, ægre*

ferentes hujusmodi sacrum corpus sui Patroni de loco proprio ad extraneos deportandum, brevi super hoc concilio celebrato, præmemoratum corpus cum sua capsâ de suo altari tolentes, ad vile jumentorum stabulum magnæ turri contiguum versus Austrum collocabant, et straminibus operientes absconderunt. Illis ita gestis, supradictus præpositus, multitudine valatus, Bodeken venit, templum intravit, et, dum sacrum corpus, quod tollere venerat, in altari, quo sibi consuetum stare fuit, non invenit, de ipso celeriter quæstionem fieri fecit, nulloque de inhabitantibus loco ad placitum sibi respondente, undique de eodem corpore inquirendo sollicitus fuit, cistas etiam ecclesiæ ob eandem causam jussit aperiri, sed, quod quæsit, Deo disponente, non invenit.

100 *Hactenus Joannes Probus, qui, quamvis quidem in loco, quo sacra Sancti lipsana a mulieribus Budicensibus fuerint abscondita, cum relatione, num. præced. huc transcripta, consentiat, simul tamen et ab hac et a Gobelino in aliis dissonat, ac præcipue quidem in eo, quod conatum, sacris S. Meinulphi reliquiis Budicensi ecclesiæ auferendis impensum, non Wilhelmo episcopo, sed, contra ac Gobelinus dictæque relationis, quicumque is sit, auctor faciunt, Henrico Bürano, Paderbornensi præposito, adscribat. Verum, etsi id ita sit, apprime tamen, quod caput est, illum inter et binos hos scriptores quantum ad tentatam impeditamque sacrarum Sancti reliquiarum ad ecclesiam Paderbornensem e Budicensi translationem convenit, ut conatui huic reapse fuisse locum, certum appareat atque indubitatum; sive autem is Wilhelmo episcopo, sive Henrico Bürano, Paderbornensi præposito, debeat attribui, unice fere a summa in Sanctum sacrarumque ejus exuvias, honestiore decentiorique loco collocandas, veneratione fuisse videtur dictatus. Nec a pio minus affectu impediendi, ne sacra Sancti lipsana e Budicensi ecclesia auferrentur, consilium fuit suggestum; initum scilicet id fuit ex eximio plane in S. Meinulphum amore, summaque sacrarum ejus reliquiarum æstimatione, qua non tantum, quæ has, ne auferrentur, occultare, Budicensis vici mulieres, verum etiam non pauci alii hujus incolæ fuerunt affecti, uti fas est conjicere e Wevelsburgensi castris, in eodem vico siti, dynastarum facto, quod Joannes Probus Operis sui jam sæpius cit. part. 1, cap. 2, pag. 4, et seq. refert. Verba, quibus id exponit, etsi etiam, quemadmodum plerumque scriptoris hujus alia, plane inconcinna ac*

AUCTORE
C. B.

magna ha-
rum vene-
ratio ac æsti-
matio;

E

F

in castrum
Wevelbur-
gense, ne
auferantur,
illatæ,

101 *Sic habent: Fridericus et Ravenno fratres strenui domicelli de Brenken et castri Wevelsburg, hujusmodi negotium (sacra S. Meinulphi lipsana auferendi conatum) fieri audientes... commotis visceribus, cum subditorum multitudine, velut leones jam privandi catulis, ad monasterium Bodecense concito gradu pervenerunt: optabant namque discrimini mortis se ibidem exponere, quam ecclesiam suam parochialem tam dilecto suo Patrono (S. Meinulpho nimirum) spoliari. Sed, B. Meinulpho nolente, propter suum corpus sanguinem fundi, præfatis domicellis ab incolis villæ Bodecensis intimatur, quod B. Meinulphi corpus nequaquam adversæ partes possent invenire: quapropter iidem domicelli, viri prudentes, magis pacem inquirentes, quam movere lites, montem Staelburg, quo venerant, reascendunt, et in cacumine ipsius, quo usque præpositus absque*

reli-

AUCTORE
C. B.

reliquis cum suis a monasterio per vallem versus Paderbornam declinaverat, diu substiterunt; quo facto, præmemorati domicelli nolentes, B. Meinulphi corpus ad ablationis periculum in sua desolata ecclesia diutius permanere, descensum montis petunt, et ecclesiam Bøddecensem ingredientes, præfatum sacrum corpus cum omni reverentia, prout decuit, tollunt, et eum, qui pridem religiosus fuit, secum ducentes ad castrum contulerunt. O ex quam magno desiderio hujusmodi sacræ reliquiæ ad antedictum castrum deportatæ fuerunt! Videlicet, ut in illo conservate non deportarentur ab adversariis, qui eas auferre laborabant.

ab hujus incolis, divinitus hinc se punitos ratis, ad monasterium Budicense referuntur,

402 Sed quia B. Meinulphum non delectabat easdem suas reliquias ibidem in castro aliquamdiu permanere, necessarium erat, aliquod fieri signum, per quod Castrenses compulsi prædictas reliquias ad proprium reducerent monasterium. Contigit ergo, quod eodem tempore et loco duodecim porci unius ibidem castellani, cujus nomen Ravenna erat, furibundiam incurrentes interirent; ex quo facto castrenses videntes, manum Domini super se in malum aggravatam, cito prædictam arcam cum suis sacræ reliquiis ad monasterium B. Meinulphi remiserunt, quem admodum viri Azotii fecerunt; hi namque, quando propter arcam, ipsa a foris adductam, viderunt plagam super se, dixerunt: « Non » maneat arca Dei Israël apud nos, quoniam » dura manus ejus venit super nos. » Etiam quod supradicta mortis plaga propter præsentiam sacrarum reliquiarum in antedicto castro existentium fuit, ex hoc cognosci potest; nam quam cito eadem sacræ reliquiæ ad præmemoratum monasterium delatæ fuerunt, non solum prænominata mortis plaga cessavit, verum etiam omnia cum jucunda rerum prosperitate inhabitantibus idem castrum arridebant. Hæc Joannes Probus, mox præterea adjungens, ex ea, quam præmisit, narratione liquido patere, S. Meinulphum tunc noluisse, ut sacra sua lipsana e Budicensi, quam extruxerat, ecclesia, ut in statum maxime miserandum prolapsa, tollerentur. Verum, quoquo modo res hæc habeat, divina benignitate haud ita multo post factum est, ut canonici Regulares, a quibus tandem sacer ille locus, Sancti nostri reliquiis asservandis destinatus, contento studio ac labore fuit instauratus, sanctimonialibus fuerint in monasterio Budicensi substituti; quod qui acciderit, ex ordine nunc expono.

quod Wilhelmus Paderbornensis episcopus, dato,

403 Diæcesis Paderbornensis clericus, e Wilhelmi electi ac confirmati Paderbornensis episcopi domesticis, ad Benthemiense S. Mariæ canonicorum Regularium cœnobium dixerat, cumque ab his officiosissime humanissimeque fuisset exceptus, ad dominum suum reversus, religiosorum illorum virorum hospitalitatem, innocentissimos mores vitæque sanctitatem summopere laudavit, plurimumque, ut in diæcesim suam canonicos Regulares induceret, episcopum est hortatus. Placuit huic consilium, cumque rei exsequendæ aptum ei visum fuisset collapsum Budicense cœnobium, religiosum ac devotum dominum Joannes Wael aut, ut alii scribunt, de Wale aut etiam Weil, monasterii S. Laurentii prope Zwollas canonicorum Regularium Priorem, quorum summum vitæ rigorem religiosamque disciplinam aliunde habebat compertam, datis litteris anno 1408 ad se evocat, monasterium Budicense lustraturum mitti, rogatque, ut id instaurandum canonicisque Regularibus deinceps possidendum ac incolendum acci-

piat, cumque ægre prior, quod miserando nimis in statu monasterium invenerat, episcopo tandem assensisset, illud hic, a Walburge de Walde Bodecensi abbatissa sub pensionis annuæ ei pendendæ onere sibi jam ipso anno 1408 resignatum, anno proxime sequenti, 17 mensis Julii, in eundem reverendum dominum de Wale, Zwollis tandem, quo interim, re nondum omnino inter episcopum aliosque, ad quos spectabat, confecta, concesserat, post novem menses reversum, publico instrumento seu privilegio transcribit, uti nos docent in Monumentis Paderbornensibus pag. 223 Ferdinandus Paderbornensis episcopus, Joannes Probus in Chronico Budicensi parte 1, cap. 3, Opusculi Ms. num. 98 et 100 hic iterum laudati auctor ac tandem etiam in Cosmodromio ætate 6, cap. 90 Gobelinus Persona, ibidem etiam exhibens, prout ipsemet eam concepit, privilegii seu instrumenti partem, quo a sanctimonialibus in canonicos Regulares seu, si maxis, in Joannem de Wale, Zwollensium canonicorum Regularium Priorem, monasterium Budicense transtulit Wilhelmus, Paderbornensis episcopus. Illam vel idcirco, quod omnia, quæ supra de miserando Budicensi monasterii statu dicta sunt, egregie confirmet, integram E

404 Hisce a Gobelino Persona loco cit. exhibetur verbis: Wilhelmus de Monte, electus Paderbornensis et confirmatus, ad perpetuam rei memoriam. Quamvis Domini est terra et plenitudo ejus, certa tamen loca pro cultu frequentiori suæ majestatis singularibus signorum indicis plerumque consecrare consuevit, quæ quanto majoris corporis negliguntur incuria, tanto majori negligentes ipsi rei Dei redduntur injuria: qui rursus a Deo neglecti, et in desideria cordis sui traditi, nonnunquam sic in vanitatibus suis evanescent, quod loca et personæ, divinæ justitiæ dispensante secreto, contractatione mutua tabescentes, ipsa cum personis loca vilescunt. Et quia devitiis a tramite veritatis veritas dicit: Regnum Dei auferetur a vobis, et dabitur genti, facienti fructus, ad honorem nominis divini plurimum cedere non ambigimus, si vepribus et spinis ab agro Dominico funditus extirpatis, loca sancta inhabitantium culpa in despectionem deducta, novellis olivarum, quas in circuito mense divinæ constitutas Propheta commemorat, studuerimus fecundare. Cum igitur monasterium in villa Bodeken, nostræ diæcesis, quondam ab almo Christi confessore sancto Meinolfo diacono, juxta sæculi fastum viro nobili, quem inclitæ memoriæ Karolus Magnus, tunc rex Francorum et postea Romanorum imperator, postquam gentem Saxonum Occidentalium fidei Christianæ jugo subjecit, de sacro fonte levavit, pro congregatione feminarum, quæ Canonice Sæculares appellantur, singulari quodam divino miraculo prævento, quod admodum veterum litterarum testimonio didicimus, fundatum, partim negligentia, partim casibus fortuitis et malo statu patriæ incurrentibus, sic penitus desolatum esse conspicitur, quod ex omnibus ipsius ædificiis ipsa ecclesia, plus tamen, fimo et immundicia ejus testantibus, pro receptaculo bestiarum, quam pro Domini cultus exhibitione in parte reformatam et in capellis, eidem ecclesiæ quondam annexis, nunc vero dirutis, immo super ipsa altaria capellarum, sicut in saltu virgulta succrescunt, unde tam canonice, quam rector curiæ, ac etiam clerici ceteri, sola abbatissa ibidem in tugurio rusticano degente, terram

A terram fructiferam, tamquam eis versam in salsuginem, abhorrentes, locum ipsum dudum reliquerat.

Privilegio,
in canonicos
Regulares

405 Nos ad loci supradicti reformationem, pro divini cultus restauratione, pietate curæ pastoralis allecti, intensis desiderii aspirantes, ne ficulnea infructuosa rursus terram perniciosius occupet, eundem locum, malitia temporis, loci qualitate et sexus fragilitate pensatis, non sub hujusmodi canonicarum secularium statu, quem Sedes Apostolica approbare non dignatur, sed sub certæ, per eandem approbatæ, religionis titulo, cujus professores sexus virilis non solum carne, sed et adversitatis turbo non terret, nec arrisus fallacis fortunæ dissolvit, decrevimus reformare. Hinc est, quod, abbatissa, canonicis et rectore parochiali, ceterisque ecclesiastici juris in ipso loco sibi quicquam vendicantibus supradictis ad nostram vocatis præsentiam, de loci prædicti lamentabili desolatione, non sine sua culpa ad tantum progressa dispendium, et de ipsius reformatione religiosa per nos concepta, traductu diligenti præhabito cum eisdem abbatissa primum ipsius abbatia dignitatem, deinde canonicæ, dehinc rector parochialis et demum beneficiati cæteri canonicatus et præbendæ, ecclesiam cum cura ipsarum, et beneficia ecclesiastica, ac omne jus, quod eis et eorum cuilibet, in præmissis, aut aliquo præmissorum, prout ad eos, et eorum quemlibet conjunctim et divisim spectabant, in manibus nostris communiter et divisim sponte resignarunt.

transcribit

406 Nos igitur hujusmodi resignationes admittentes, recipientes, ratas et gratas habentes, cum honorabilibus viris, dominis, Præposito et capitulo ecclesiæ nostræ Paderbornensis prædictæ, tractatu capitulari et matura deliberatione præhabitis, abbatiam, ecclesiam et monasterium sic, ut præmissum est, in manibus nostris resignata, cum omnibus prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, bonis et rebus mobilibus, terris, agris cultis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarum decursibus, viis et inviis, ac pertinentiis eorundem universis honorabili viro, Joanni Weil, Priori monasterii in Swollis, Trajectensis diocesis, tradimus, concedimus et assignamus per præsentem, ita quod, ipsa ecclesia ac monasterio supradictis, prout ei facultas suppetit, reformatis, congregationem convenientem virorum Deo devotorum canonicorum, videlicet Regularium, religioni sui monasterii in Swollis supradicti conformium, juxta ejusdem religionis exigentiam ibidem instituat, præsertim cum sanctus Meinolphus, ejusdem monasterii fundator supradictus, religionis illius creditur fuisse professor. Ita habet laudati Privilegii seu litterarum, in quibus ad canonicos Regulares translatum fuit Budicense sanctimonialium monasterium, producta a Gobelino in Cosmodromio loco cit. pars; etsi autem litteras illas integras, e Ms. Budicensi depromptas, penes me habeam, dandam tamen hic duntaxat partem jam recitatam duxi, quod hæc, quæ illæ ad institutum nostrum spectantia continent, omnia accurate exhibeat. Verum, quod loco cit. subdit Gobelinus, privilegii seu litterarum concessionem mense Maio factam, erroneum apparet. Etenim Ferdinandus Paderbornensis episcopus in Monument. Paderborn. pag. 223 monasterium Budicense decima septima Julii die in Joannem Wael seu in canonicos Regulares transcriptum notat, litterarumque, quibus id fa-

ctum est, exemplar, penes me exstans, præter annum 1409, de quo inter convenit, eandem hanc Julii diem præfert, ut sane tunc, non autem mense Maio, Privilegii seu litterarum concessio, ac proinde etiam, utpote per hanc facta, monasterii Budicensis ad canonicos Regulares translatio verosimillime, ne dicam indubie, acciderit; quæ qui simul cultui S. Meinulphi, in eodem monasterio aut penitus intermisso, aut certe non parum imminuto, instaurationem attulerit, § sequens aperiet.

AUCTORE
C. B.

§ VIII. Sancti reliquiæ translatae populoque exhibitæ, cultus ejus apud Regulares Budicenses canonicos.

Hebdomadæ vix sex a transcripto in Joannem de Wale, Swollensium canonicorum Regularium Priorem, Budicensi monasterio erant elapsæ, cum hoc ille evocatis aliquot ad se e Swollensium cenobio canonicis incolendum instaurationemque commisit. Atque hi quidem, in novum hoc domicilium ipso S. Joannis Baptistæ Decollationis festo seu 29 Augusti die inducti, alacritate non mediocri opus statim sunt aggressi; etsi autem monasterii sibi traditi ædificia omnia propemodum collapsa aut etiam destructa invenirent, hæcque omnia aut a fundamentis denuo erigere aut certe instaurare, rem cernerent multis difficultatibus implexam, animam tamen minime despondentes, felici labores suos exitu coronandos, spem conceperunt partim e sacro, quod in ecclesia instauranda penes se habebant, S. Meinulphi corpore, partim e supra narratis, quibus hic Budicæ ædificandum monasterium dilicisset, visionibus divinitus oblatis; quod enim S. Meinolphus (adi num. 66 et seq.) in loco, quo monasterium Budicense condidit, primo cervas instabiles, postea vero cervum quiescentem vidisset, monasterii a canonissis, quantum ad sexum instabilibus, ad canonicos Regulares translationem a Deo, qui proinde susceptum ab iis opus fortunaturus esset, præsignificatam fuisse, in animum induverant.

Monasterii
Budicensis
instauratione:
felix operis
E

408 Opusculi Ms., cujus num. 20 et seq. data notitia, auctor, qui et ipse canonicus Regularis verosimillime fuit, sic loquitur: Quemadmodum juxta traditionem illorum, qui nobis de Vita et Miraculis sancti Meynulphi (vide Sigewardum in Vita num. 14) scripta reliquerunt, ipse per cervas feminas in loco illo (Budicensi vico) instituendas, et per cervum Christum loci defensorem visionum admonitione prædictarum (quibus scilicet S. Meinolpho primo cervarum, ac dein cervi species fuerat objecta) sibi designari crederat, sic nos, rerum experientia jam planius edocti, quid amplius per easdem visiones Providentia Divina portendi vulerit, possumus explicare. Cervæ quidem motibus instabiles, prius visæ, dum jam locum reliquerant, cervus signum crucis bajulans apparuit. Sic postquam locum istum (monasterium Budicense) feminæ naturæ suæ instinctu instabiles, hujus sancti Viri (Meinulphi nimirum) venerari negligentes merita, dereliquerant, virilis sexus spiritus instinctu stabilis, laudare Dominum in Sanctis suis habilis, Christum sequens sub onere Crucis, in eodem loco jam successit feminis. Similia etiam habet in Budicensi Chronico part. 1, cap.

F
exitum unde
sibi spondere-
runt canonici
Regulares.

AUCTORE
C. B.

cap. 4 et 3 Joannes Probus non obscure simul indicans, canonicis Regularibus, ac nominatim Joanni de Wale, Swollensis monasterii Priori, e visionibus, quarum priori ter repetita S. Meinulphus cervas instabiles, posteriori cervum cubantem vidisset, animos ad reformandum instaurandumque Budicense cœnobium additos fuisse. Quod vero jam ad Sancti corpus, in ecclesia Budicensi instauranda existens, pertinet, uti illud sibi præsens habebant, ita verosimillime Sancti, veluti patroni, pro monasterio a se exstructo apud Deum assidue intercessuri, præsensem etiam opem in molestiis quibuscumque ac periculis sese experturos, sperabant.

Ecclesiam
Kerckbergen-
sem cultui di-
vino aptant,
ad eamque
transferrî

109 Ut porro hanc promereri etiam sibi possent, nihil habere antiquius, quam ut ab ipso statim susceptæ instauracionis initio cultum Sancti, qui una cum ejus monasterio pene interierat, pariter instaurarent, atque etiam, quoad fieri posset, auferent; quod ut facerent, ab honorandis Sancti reliquiis ducere initium. Qui res gesta sūt, expono. Fuerat eo tempore, quo primum canonici Regulares monasterium Budicense sunt ingressi, Budicensis parœcia ob unius e siti in ea Wevelsburgensis castri dynastis contumaciam, quæ circa quid versata sit, nusquam invenio, interdico ecclesiastico supposita; cum autem canonici Regulares divinum cultum (verba sunt Joannis in Chronico part. 1, cap. 4) apertis januis pro majori devotione habenda exercere cuperent, ecclesiam Kerckbergensem positam in vicino ab immunditiis suis purgaverunt, cunque sequenti Dominica post B. Joannis diem reverendus Wilhelmus Paderbornensis ecclesiæ electus per suum suffraganeum eam fecisset dedicari, in eadem prænominati canonici a tempore, quo monasterium Budicense reformare, cæperunt, fere unius anni spatio, quando tandem præfatum interdico, in quantum id Budicense monasterium spectabat, fuit levatum, divinum Officium apertis januis magno cum fervore peregerunt, sacrasque interim S. Meinulphi reliquias, quo illustre ejus nomen, oblivione apud nonnullos fere obrutum, in memoriam revocarent, solenni ritu ad dictam Kerckbergensem ecclesiam ipso natali Sancti festo seu 5 Octobris die transferri curavere, populoque publice spectandas exhiberi. Rem refert in Budicensi Chronico part. 1, cap. 5 Joannes Probus.

ac populo
exhiberi cu-
rant Sancti
reliquias.

110 En ipsa, ut ut iterum parum admodum concinna, ejus verba. Quia igitur, scribit, B. Meinulphi laudabilis fama multis annis silentio obruta fuit, dignum dixi, quæ vidimus, iterum magnifice propalare et scriptis commendare. Regulares namque, postquam ingressi sunt monasterium Boddecense, audientes, B. Meinulphi reliquias jam per longa tempora in arca sua latentes, die natalis sui proxime tunc sequenti omnibus adventantibus eas ostendere decreverunt, et ob hoc circum circa in vicinis locis hoc ipsum fecerunt fieri manifestum. Itaque præfato die, populorum multitudine ex devotione ad dictum monasterium (Budicense) concurrente, sacrum B. Meinulphi corpus cum sua capsula humeris quorundam venerabilium canonicorum ecclesiæ Paderbornensis impositum ab ecclesia Boddecensi usque in Kerckberg magna cum devotione et mutua melodia, multitudine populi vicinorum locorum sequente, deportatur, ubi ab majorem solemnitatem peragendam non solum una Missa solenniter cantabatur, verum etiam ex devotionis fervore plures Missæ in portatilibus legebantur, nec ad hujusmodi ve-

nerandum diem hoc sufficere putabatur, nisi D et validum campanarum strepitum inibi præ gaudio frequentarent. Divino itaque Officio rite celebrato, ac præfata capsula cum sacris reliquiis extra ecclesiam deportata, super eminentiorem locum ad hoc præparatum honorifice collocatur, eaque aperta, venerabilis suffraganeus reverendi electi Paderbornensis ecclesiæ una cum devoto domino Joanne Priore Swollensi B. Meinulphi sacra ossa tantæ supradictæ multitudini, quæ ob hoc undique devote convenerat, cum omni reverentia, prout decuit, ostentabat: quo facto prædictum sacrum corpus a præfatis venerabilibus bajulis, multitudine consequente, ad propriam ecclesiam (Budicensem videlicet) cum gaudio reportatur.

111 Tale instauracionis cultus S. Meinulphi, cum tribus nondum mensibus integris canonici Regulares sanctimonialibus, seu potius canonicis Secularibus, in Budicensi cœnobio fuerant substituti, datum fuit initium; verum quod quælee deinde incrementum ille acceperit, nusquam in Budicensi Chronico edicit Joannes Probus, qui tamen cum non pauca miracula, quorum partem infra exhibiturus sum, ætate sua seu non diu a proxime memorata reliquiarum translatione ad S. Meinulphi invocationem patrata, narret, hunc cæpisse tunc magis magisque coli, imo vero fuisse jam tum suo saltem natali in calis die Budicæ quotannis a canonicis Regularibus et Missa propria et Officio proprio honoratum, dubitandum non apparet. Et primo quidem Missa propria honoratum fuisse, etiam colligo ex Joanne Probo, qui part. 2, cap. 27 meminit Sequentiæ, ætate sua usurpatæ, in qua de nola mortis prænuntia, S. Meinulphi dicta, infraque hic memoranda, ita decantabatur: O quam signum singulare, quo nos ad mortem præparare monet sonus cymbali. Gamansius sæpissimæ jam laudatus Sequentiæ hanc Sigewardinæ Sancti Vitæ, a trecentis aut quadringentis, ut putavit, annis scriptæ, recentiori manu, ducentis tamen annis circiter antiqua, præfixam in codice Hardehusano invenit, illamque, una cum hac a se descriptam, ad Majores nostros seculo præterito transmisit. Antiquum illud cultus Sancto delati monumentum, ut ut eo loco, quem punctis implevi, mutilum, huc ego, ne id studiosus lector desideret, una cum titulo, quem præfert, transcribendum duxi.

Cultum ei
tunc, ut ap-
paret, Missa
propria,

112 Sequentia de sancto Meinulpho.
Recolentes magnifica
Patris nostri solemnia
Christi decoret gratia;
Voces votaque cordium
Tu laxa dator munerum
Ad promendum canticum.
Sanctus iste vitæ florem
Suavitatem in odorem
Consecravit Domino,
Præmonstratum instauravit
Locum istum et ditavit
Largo patrimonio.
Adhuc vivens dono Christi
Velum flenti reddidisti
Consumptum incendio,
Reparatam ter fregisti
Tumbam, quando te jussisti
Transferri de tumulo.
Quod præsumpsit ordinare,
Datur illi revocare
De prælata nobili.
O quam signum singulare,

e qua hic
datur So-
quentia,

Quo

A Quo nos morti præparare
Monet sonus cymbali.
Vir jussa ferre præsulì
Tardat, caligant oculi,
.....
Corpus sacrum dum levatur,
Aquis ipsis reparatur
Una paralytica.
Hunc Patronum veneremur,
Dulci voce modulemur
In ejus solemnibus,
Apud Christum siblevemur,
Ne dannemur, ut meremur,
Ipsius suffragiis.

et Officio
proprio detu-
lerunt, præ-
terque nati-
vitatì et
translationis

113 Quod autem ad Officium ecclesiasticum jam pertinet, e missa propria, qua ex dictis Budicæ Joannis Probi ætate honoratus fuit Sanctus, Officio pariter proprio honoratum ibidem cum tunc fuisse, concludendum apparet. Quoquo modo res habeat, talem equidem Sanctus postea in monasterio Budicensi cultum fuit adeptus, uti ex nunc dicendis patet. Ad manum habeo libellum, Paderbornæ typis Heidenrici Pontani anno 1627 excusum. Hunc præfert titulum: Officium S. Meinulphi, confessoris et monasterii Budicensis fundatoris, studio R. P. F. Gerhardi Sönnenschmidt dicti monasterii Prioris, editum; duo autem ut minimum diversa, unde Officia potius quam Officium libellus debuisset inscribi, de S. Meinulpho Officia complectitur, quorum alterum natali Sancti die duplici primæ classis ritu cum Octava, alterum translationis festo, ritu non expresso, recitandum præscribitur. Porro cum duo illa Officia, quorum Lectiones, S. Meinulpho propria, e Vita, per Gobelinum scripta, sunt de prompta, a monasterii Budicensis Priore, uti ex titulo huc transcripto liquet, sint contexta, dubitandum non apparet, quin sæculo proxime elapso a religiosis Budicensi monasterii incolis recitanda quotannis memoratis binis Sancti festis fuerint proposita. Verum an in hæc Officia mutatio quædam modo non sit invecata, seu potius an ad duos festos dies, quos sibi in Budicensi canonicorum Regularium cænobio consecratos olim Sanctos habuit, tertius modo non accesserit, dubitare me facit Overhamus, in suis ad S. Meinulphi Vitam Observ. pag. 422 ita scribens: Reliquiæ S. Meinulphi plurima cum religione adservantur in cænobio Bodecensi, in quo præter primarium tutelaris Sancti festum 5 Octobris, celebratur etiam festum Translationis et Commemorationis.

Sancti festa-
terium præ-
terea hodie
verosimillime
celebrant,

114 Ad hæc penes nos exstat Ms. Sanctorum Collectio, quam, qui eam conegit Joannes Gamansius, Societatis nostræ sacerdos, Ecclesiæ Paderbornensis Sanctuarium inscripsit. Atque hoc, quod additionibus, a Grothausio, nostræ item Societatis sacerdote, adjectis, subinde etiam est auctum, primo quidem ad 27 Septembris diem e Kal. Budicensi, quod citat, sic habet: Translatio (hæc ad 26 Septembris, quo proin Sanctum inter Prætermisissos recensuimus, alibi signatur) S. Mainulphi. ix Lectiones; in Abdinghioviano autem (ita additur manu Grothausii) Exaltatio S. Mainulphi diaconi; ad diem autem 18 Jan., additio a P. Grothausio facta, insigne illud miraculum semel ac iterum Budicæ factum memoratur, quo, ut vidimus, S. Meinulphi corpus de terra levandum, divinitus fuerit ostensum, additurque, idem miraculum in Kal. perantiquo Ms. canonicarum secularium in Bodeken, itemque in Calendario præsentiarum celebrari hisce verbis: Apparitio

S. Mainulphi. Accedit Florarium nostrum Ms., a Congregationis Windesheimensis canonico Regulari, ut apparet, contextum, quod ejusdem miraculi meminisse etiam videtur, dum ad eundem 18 Januarii diem, quo nos Sanctum inter Prætermisissos retulimus, sic notat: Inventio S. Maynulphi archidiaconi et confessoris: quibus omnibus fit, ut verosimillimum appareat, in monasterio Budicensi hodie celebrari non tantum natalem Sancti diem, et translationem, de qua ad 26 aut 27 Septembris fiat, verum etiam festum aliud, quo ad 18 Januarii apparitio seu miraculi, quod Sancti translationem ex dictis præcesserit illoque Januarii die, si Gobelino fides, factum fuerit, commemoratio agatur.

AUCTORE
C. B.

115 Porro quam impense cultui S. Meinulphi post Joannis Probi ætatem seu post annum 1455, quo circiter hic suo Budicensi Chronico ultimam imposuisse manum videtur, canonici Regulares Budicenses studuerint, argumento etiam esse possunt varia monumenta, sive picta, sive æri, lapideve incisa, diversa Vitæ Sancti capita representantia aut ad hanc ipsam Sanctum aut ejus reliquias spectantia, quæ in Budicensi ecclesia, a se instaurata, aut in novo ei adjecto choro erezere. Singulorum notitiam ad Majores nostros misit jam sæpius laudatus Joannes Gamansius. Præcipua ejus verba eo facientia transcribo. Budicæ, inquit, in medio psallentium choro occurrit monumentum lapideum quadratum, duorum pedum altitudine et latitudine, trium fere longitudine, cum lamina ærea superimposita cum hac circumscriptione: «Anno Domini 1482» translatum est summum altare de loco isto: » et fertur, quod S. Maynullus vidit cervum » cum cruce hic cubantem. Gloria tibi Trinitas. » Laminæ incisus ipse S. Maynullus genuflexus habitu diaconi ante cervum cum cruce in fronte, humi jacentem, cum hoc superscripto ejus eloquio: «Jam mihi» (adi Sigewardum in Vita num. 20) «spes certa promittit, » quod ille, qui quondam eodem vexillo inferni » claustra penetravit, hujus loci protector erit.» Eadem una genuflectentis Meinulphi et accubantis cervi imago omnibus quatuor lateribus insculpta cum hac epigraphe: «Hic cervus cum » cruce cubavit.» Monumenti lapidei, Gamansii verbis hic jam descripti, notitiam etiam subministrat in suis ad Sigewardinam Sancti Vitam Observationibus pag. 419 Overhamus; verum ea a Gamansiana, uti ex ambarum collatione patet, nonnihil differt. Gamansii verba, cum id quæcumque discrimen ad rem non faciat, pergo describere.

variaque in
Sancti hono-
rem monu-
menta, quo-
rum Gamansii-
sianis

E

F

116 Ad cornu Epistolæ, inquit, tabulæ altaris summi in latere affixa alia tabella scripta, quæ sic habet: «Anno Domini 1485 in Octava » sanctæ et individua Trinitatis, quæ tunc fuit » ipso die Bonifacii, consecrata est ista ecclesia » simul cum novo choro et summo altari in » honore sanctissimæ Virginis Mariæ, Matris » Domini nostri Jesu Christi, S. Joannis Baptiste, S. Maynulphi confessoris et fundatoris » hujus monasterii a reverendo in Christo patre » ac domino, domino Johanne Thelelicensi episcopo suffraganeo tunc reverendi in Christo » patris ac domini, domini Simonis de Lippia, » episcopi ecclesiæ Paderbornensis. Summum » hoc altare in honore sanctæ Trinitatis consecratum est, et in honore gloriosæ Virginis » Mariæ sancti Joannis Baptiste, sancti Augustini episcopi, S. Maynulphi, S. Antonii con- » fessoris

verbis notitia

AUCTORE
C. B.

» fessoris et impositæ sunt reliquiæ infra seri-
» ptæ. » Sancti, hosque inter S. Meinulphi, quo-
rum reliquiæ summo ecclesiæ Budicensis altari,
dum consecraretur, fuerunt impositæ, hic recen-
sentur, ac deinde Gamansius ita prosequitur :
Ad latus Evangelii obeliscus præaltus lapideus,
sculpturis et coloribus variegatus, muro chori
ante summum altare adhaeret, ejus mediæ basi,
excavatæ et cancellis ferreis clausæ, imposita
capsa lignea colorata cum fastigiali tecto cu-
preo inaurato. Tabella, ante cancellos apposta,
cum hac aurea inscriptione : « Capsa reliquia-
» rum sancti patris nostri Maynulli. » Ad in-
gressum sacrarii visitur S. Meinulli imago vetus
habitu rubro diaconali, vertice largiter attonso,
cum templi Bodecensis figura in dextra, libro
sub axilla sinistra, et corona radiorum circum
caput cum cervo ad pedes et inscriptione, « San-
» ctus Meinulfus. » Hanc imaginem, quæ S. Mei-
nulphi altari votivo aliisque, notante Gamansio,
ecclesiæ Budicensis locis etiam appingitur, sæ-
culo præterito ari incendi curavit A. R. P. Egi-
dus de Roovere Budicensis Prior, dedissemque
etiam chalcographo nostro imitandum illius,
quod penes me habeo, exemplar, si archetypum
in ecclesia Budicensi positum, sæculo quinto
decimo, quo canonici Regulares in Budicense
cænobium fere primum inducti, existinasset
antiquius.

hic ex parte
datur, exerce-
runt.

117 Imagini porro laudatus Prior inscriptio-
nem hanc adjecit : S. Meinulphus confessor,
Westphalus, cathedralis ecclesiæ Paderbornen-
sis archidiaconus, monasterii Bodicensis funda-
tor, a Carolo Magno imp. de sacro fonte leva-
tus, circa an. 770 floruit miraculis clarus; ejus
reliquiæ in dicto Bodecensi mon. quiescunt.
Annus 770, circa quem Sanctus floruisse hic no-
tatur, haud dubie erroneus est, uti ex jam supra
dictis liquet. Hiscæ observatis, a sacrarii ingressu
ad chori sedilia cum Gamansio pergamus. Supra
hæc, inquit, utrimque tabulæ duæ, muro affi-
xæ, permagnæ et affabre pictæ, quarum altera
sibi adjunctam habet inscriptionem hanc : « San-
» ctus Meinulphus multis facultatibus ; » altera
vero istam : « Templum hoc dotavit, hæredem
» solum Christum deputavit. » Alis utrisque ta-
bulæ exterius Christi passi historia, interius
vero alis tabulisque Vitæ S. Meinulphi series
per capita et intervalla depicta visitur. Extra
chorum (iterum verba sunt Gamansii) ad sini-
stram egredientis altare proprium S. Meinulphi
spectatur, eo ipso loco erectum, quo olim San-
ctus jacuit sepultus, ut tabella lignea, in eodem
altari reperta, inscriptione, quam præfert, tes-
tatur. Ad eandem sinistram in ordæ superiori
pergula ad angulum utriusque coeuntis muri
juxta primum latus fenestræ majoris S. Meinul-
fus cernitur grandis satis statura, habitu eodem,
ut alibi, in muro jam olim pictus relictusque,
etiam ceteris templi partibus dealbatis, cum
sententia : « Iste me Carolus Magnus de sacro
» fonte levavit devotus. » Ad latus oppositum
habitu imperatorio cum scuto, in quo tria flava
lilia, Carolus Magnus est depictus cum senten-
tia : « Iste Meinulphus, id est, meus Ulfus,
» ortum ducens ex regibus. » Atque ita jam ha-
bes monumenta præcipua, in Budicensi ecclesia
S. Meinulphi erecta, quæ Gamansius in Notitiis,
ad Majores nostros missis, recenset, quæque ea
ipsa, soltem ex parte, verosimillime sunt, quæ ad
annum 837. pag. 113 in Annalibus Paderbor-
nensibus laudat Schatenus.

118 Porro in iisdem Gamansianis Notitiis D
additur, in Budicensi choro circum altare quatuor
etiam exstare scribitur, in quorum uno, unde etiam
singularis in S. Meinulphum veneratio clucessit,
asserata olim fuerint sacra lipsana, quæ,
etsi quidem partes corporis S. Meinulphi non
essent, Sancti tamen reliquiis accensebantur, quod
singulari quodam modo ad eum pertineant : sunt
autem nola, velum seu peplum, dalmatica, crux
argentea. De singulis hisce lipsanis pauca annoto.
Nola, S. Meinulphi dicta, est tintinnabulum,
quod, quotiescumque Bodicæ sanctimonialis
brevis esset moritura, sponte sua, quemadmodum
Joannes Probus pag. 46 et Gobelinus in Vita
num. 31 et binis seqq. exponunt, sonitum edere
olim soluerit, ut Sequentia, num. 112 huc trans-
scripta, in qua cantatur, O quam signum singu-
lare, quo nos morti præparare monet sonus
cymbali, jam inde a sanctimonialium ætate
Budicæ in usu forsitan fuerit, ac proin ut Sanctum
ibidem jam tum et Missa propria, et Officio, item
proprio, honorari, forte acciderit. Hæc itis, quæ
num. 95 dicta sunt, adjuuge. Inceptum prosequor.
Velum est lineum illud capitis tegmen, a Sancto
ex combustione, ut ambo ejus biographi, Sig-
wardus quidem num. 23 et binis seqq., Gobelinus
vero num. 19 narrant, redintegratum, in quo,
uti, qui id viderunt, Gobelinus et Gamansius
aiunt, adustionis adhuc vestigia cernuntur.
Dalmatica est vestis sacra, qua Sanctus, dum in
Missa suo diaconi fungeretur officio, usus fuisse
creditur. Hanc, de qua etiam pag. 3 et pag. 47
Joannes Probus agit, jam olim per milites Hol-
landos una cum pluribus aliis ecclesiæ Budicensis
ornamentis ablatam esse, notat Gamansius. Quod
jam ad crucem argenteam pertinet, idcirco hanc,
quod a Sancto in memoriam crucis, quæ ei inter
cervi cornua divinitus apparuerit, curata esset,
S. Meinulphi dictam fuisse, suspicatur idem
Gamansius, additque, etiam illam, quæ novem
librarum fuerit, per milites jam pridem esse
ablatam.

§ IX. Miracula a tempore, quo monasterium Budi- cense in canonicos Regu- lares fuit transcriptum, ad annum usque MCDLV Sancti patrocínio patrata.

Monasterii Budicensis ad canonicos Regulares
translationem, ut cultus S. Meinulphi insta-
ratio, ita non pauca, quæ hujus patrocínio
patrata fuerint, miracula excepisse narrantur.
Quæ a translationis illius tempore ad annum
usque 1435 accidisse audierat, in suum Budicense
Chronicon intulit Joannes Probus, sæpissime
jam laudatus. Undecim ex his præcipua, quorum
duo priora Operis sui pag. 24 et seqq., tertium
pag. 32, quartum pag. 34, quintum pag. 63,
sextum, septimum, octavum et nonum pag. 94
et quinque seqq., decimum pag. 109, ac undeci-
mum tandem pag. 113 et seqq. suppeditat, præ-
senti hoc §, ne, quod ad Sancti gloriam maxime
conducit, omnino tacitus præteream, ipsis Joan-
nis Probi verbis, etsi minime castigatis, lecto-
rem

Sanctus, qui
e monasterii
Budicensis
instaurati-
onem adlaboranti-
bus unum

A rem hic edocere, est animus, observationibus interim, ubi id res exigit, subinde etiam adjunctis. Ut singula jam assignato, quo id Joannes Probus facit, ordine proponam, a binis, quæ pag. 24 et seq. refert, quæque, durante adhuc monasterii Budicensis, ad canonicos Regulares jam translati, instauratione, facta sunt, duco initium. Sic habent: Quodam tempore dum Prior (monasterii Budicensis) pro structura lapides cum curribus adducere fecit, contigit aurigam, juvenem videlicet quatuordecim annorum, dum equi cum impetu onustum currum in profunda via traherent, de superiori loco ancte currum ruere, sicque rota onusti currus utrumque ipsius crus pertransiit, et per hujusmodi rotationem velut inutilis factus curru imponitur, ad monasterium ducitur, ante altare beati Meinulphi fertur, ubi Prior genibus prostratus infirmum supra utraque brachia jacentem habuit, sanctum Meinulphum pro sanitate ipsius suppliciter inclamavit; quo facto, infirmus statim loquitur in hæc verba: «Nihil mihi deest ac nocet,» et ita, qui debilis pedibus ante altare B. Meinulphi portabatur, omnibus, qui præsentibus erant, Deum collaudantibus, ad pristina sua opera est reversus.

atque alteram in periculis servasse,

B 120 Alio quoque tempore, ex quo turris magna plane fuerat absque tecto, et præfatus Prior cum suis structuram ligneam pro habendo tecto vellet erigere, quale miraculum circa hoc contigerit, non tacebo. Malus namque dictæ fabricæ in medio collocandus, cui tota lignorum machina inniuitur, quando de terra per gyrographum sursum in ærem ducta fuit, ita ut jam attrahi deberet supra murum, magister operis accessit volens disponere, ut prædictus malus super eundem turris murum commodius duceretur, casu accidit, quod idem malus ex quadam negligentia magna cum velocitate descensum ad terram faceret, præfatumque magistrum operis se minus custodientem arripiens, eum ad unius stadii spatium ab ædificio, prout a pluribus visum fuerat, ejecit, sed, Domino Deo ipsum pie protegente, statim quasi in momento absque ulla læsione, cunctis eum intuentibus, sedere videtur subra murum prædictæ turris. Nulli itaque dubium, quin B. Meinulphus volens sui reformandi monasterii continuare processum, præfatum magistrum a periculo mortis sua intercessione præservavit. *Primum e binis hæc miraculis non omnes forte pro indubio miraculo habebunt; quod autem ad secundum pertinet, dubitabit fortassis non nemo, an S. Meinulphi, utpote qui ne quidem invocatus fuisse videatur, patrocinio fuerit patratum, etsi interim hac de re non ambigendum existimarit Joannes Probus, Budicensis chronologus. Ad tertium modo ex undecim hic memorandis miraculis progrediamur.*

fratremque laicum Budicensem mortuum resuscitasse, narratur,

C 121 His verbis concipitur: Ex quo Regulares monasterii B. Meinulphi eo tempore, quo primum dictum monasterium reformabant, multis et gravibus laboribus, prout ipsis necesse fuerat, intendebant, pius Dominus Deus ita cum eis misericorditer dispensabat, quod rarissime debiles aut infirmos, quibus curam vel vacantiam præ operum multitudine impendere non valebant, inter ipsos habuerint. Cum enim contigerat, unum de laicis suis, nomine Dedericum Roes, infirmari, et quadam vice ob infirmitatem ejus depellendam balneo sociari, hic, qui loco infirmarii eum respicere habuit,

Octobris Tomus III.

propter ejusdem infirmitatem aliquantulum diu ab ipso sese absentavit, et reversus infirmum in aqua reperit declinasse; quapropter gravi mœrore compulsus clamorem validum fecit, accurrit Prior, accurrunt fratres, et dum ad eum, qui infirmus erat, perventum fuit, Prior et Fratres nullum indicium vitæ in eo considerantes mortuum judicabant, et ideo Dominum Deum sanctumque Meinulphum pro ipso humiliter implorantes, is, qui ab omnibus mortuus putabatur, in gaudium magnum vivus est receptus. *Non raro factum est, ut submersi, etsi etiam diu sub aqua delitissent, nullumque prorsus vitæ signum ederent, re tamen vera, cum ex aquis extracti aliquandiu fuissent, in vivis adhuc agere fuerint comperiti: quam ob rem dubitari potest, an Prior Fratresque Budicenses in judicio, quo laicum, verbis recitatis memoratum, vita functum, arbitrari sunt, falsi non fuerint, maxime cum Budicensis chronologus, quanto temporis spatio sub aqua is latuerit, non edicat. Ut ut sit, tum hunc, tum utrumque proxime narratum casum recensere hic volui, quod pro tribus miraculis diversis, S. Meinulphi patrocinio patratis, a Joanne Probo proponantur, quoque re etiam ipsa in iis partem habuisse Sanctum, non omnino improbabile appareat.*

AUCTOR C. B.

122 Porro hæc omnia, utpote quæ sub primo Budicensis monasterii Priore, anno 1420 a vivis sublato, facta nolet Joannes Probus, certeque ante monasterii Budicensis per canonicos Regulares anno 1409 inchoatam instaurationem non evenerint, eo temporis spatio, quod ab hoc posteriori anno ad annum usque 1420 excurrit, accidisse necesse est; quod eodem ex capite dicendum etiam est de quarto miraculo, jam nunc hic memorando, quod Budicensis chronista hunc narrat in modum: Erat quidam clericus, nomen Sifridus, in oppido Geseke, cujus fratris filium tantus membrorum dolor invaserat, ita quod de eo nulla spes fuerat sanitatis; pater vero ipsius multas miserias in eo animadvertens magis desiderabat, eum defunctum esse, quam viventem in ægritudine, et quia idem pater simplicis ac bonæ vitæ fuit, prout mihi optime constat, qui virum novi, a divina consolatione nequaquam fuerat derelictus; nam cum de sancto Meinulpho pio patrono sæpe dicti monasterii relatum erat, quod potens esset apud Dominum Deum, accepit memoratum ejus infirmum filium, et dicto adduxit monasterio, ubi dum eundem debilem ac sospitate alienum ante altare B. Meinulphi præsentavit, sanum de altari reportavit, sicque factum fuit, ut is, qui pridem infirmum suum filium tristis adduxerat monasterio, jam, eo per preces B. Meinulphi sano facto, gaudens et lætabundus ad propria cum ipso remeaverit.

infirmo puero sanitatem

F

123 En nunc, quod modo recensitis ex instituti nostri ratione proxime subjungendum est, quintum miraculum. Budicensis chronologus, aliis nonnullis, quæ sub Daniele, tertio monasterii Budicensis Priore, absque Sancti nostri patrocinio acciderint, narratis miraculis, refert illud hæc verbis: Restat adhuc unum miraculum, quod sub regimine tertii Prioris (monasterii Budicensis nimirum) per intercessionem B. Meinulphi contigit, dignum ut exponatur. Erat quadam mulier in oppido Salzkotten, cujus filia amborum oculorum visu privata fuit, et dum mater ejus ob hoc plurimum tristaretur, sanctum Meinulphum

puella cæca visum restituit,

AUCTORE
C. B.

phum humiliter inlcamavit, ut ipse Dominum Deum pro filia sua dignaretur exorare, quod saltem unius oculi visum mereretur recipere. Qua inlcamatione facta, filia unius oculi visum recepit; mater vero, quod sanitatem amborum oculorum non rogasset, dolens ait in hæc verba: O! si pro visu amborum oculorum sanctum Meinulphum invocassem, utique ambos oculos sanos impetrasset. *Daniel secundo monasterii Budicensis Priori, qui octo tantum menses præfuit, anno 1420 fuit suffectus, annoque 1424 (adi Joannem Probum pag. 56, 57 et 63) officio sponte cessit, ut miraculum, jam nunc hic relatum, inter annum 1419 et annum 1425 indubie evenit.*

pannum, re-
novato, quod
olim patrarat,
miraculo,

124. *Serius nonnihil ex undecim, quæ hic recensere statui, miraculis sextum, septimum, octavum et nonum, etsi interim annus determinatus cuique assignari haud queat, accidere: ea enim Joannes Probus collocat sub Arnolde Huls, sexto monasterii Budicensis Priori, qui, quemadmodum idem hic scriptor pag. 79 et 92 docet, anno demum 1432 cœnobium illud gubernandum accepit, annisque decem et octo gubernavit. Tria priora ex his continua serie, quod ita ab ipso*

B *Budicensis Chronici auctore recensentur, jam describo. Cum miracula divina, quibus humanum genus (verba sunt Joannis Probi) ad meliorem vitam statum provocari potest, absque culpa nequaquam a scientibus taceri possunt, dignum duxi illud, quod relatione devoti confratris mei supradicti (Budicensis videlicet) monasterii, cui hoc contigerat, presentibus tradere scriptis; nam ut in Gestis sancti confessoris Meinulphi legitur, cereus in se retortus et accensus (adi in Sancti Vita num. 28 et seq. Sigewardum, et num. 21 Gobelinum) supra nudum pannum, quo prædicti B. Meinulphi sepulcrum operatum fuit, absque quolibet intermedio ponebatur, qui et neglectu cujusdam devotæ canonissæ, dicti sepulchri custodiam (sepulchro Sancti custodiendo famulam, non canonissam, fuisse adnotam, loco proxime cit. scribit Sigewardus) habentis, per ardorem finem suum fecerat, nec idem pannus in aliqua ejus parte læsus apparuerat. Et quia idem miraculum ex eo, quod multis temporibus actum fuit, et heu, quodammodo in quorundam hominum cordibus jam jamque vetustate temporis minus veneratur, pius Dominus Deus ad honorem B. Meinulphi sui confessoris volens aliquorum Fratrum dicti monasterii, a quibus B. Meinulphus forsitan non satis honorabatur, ad devotionem et fervoris igniculum, imo ad ampliores sui Patroni venerationem, excitare, supradictum miraculum, videlicet de cerei combustione supra pannum, disposuit innovare.*

ab igno illæ-
sum,

125. Nam præmemoratus Frater, cui, quod jam relaturus sum, accidit, Arnoldeus Gallicus vocabatur, qui quodam tempore, postquam Missam suam celebraverat, et sacristiam se exuturus jam intrare vellet, vidit a longe lumen ardens, de candelabro lapsum, jacere supra nudum pannum mensæ illius, de qua sacerdotes ad celebrandas Missas sacris vestibus se vestire solent. Quid egit? Damnum timens, tardo incessu derelicto, festinavit ad locum, ubi hoc incendium erat, et lumen ardens, supra præfatum pannum lapsum, amovere sollicitans; putaverat enim, ab incendio supradictum pannum omnino consumptum esse: sed, ecce, idem pannus absque ulla sui læsione aut combustionis signo reperitur; quique incendii locus ob mira-

culi magnitudinem a devoto tum temporis D monasterii custode, videlicet a Fratre Joanne Warburg, in circumferentia ejus acu cum filis sericis nitidissime cornatus et elaboratus fuit. O magnum stupendumque miraculum, quod nostris factum est temporibus, magnum, inquam, apud illos, qui B. Meinulphum, cujus pia intercessione factum hoc non ambigitur, magnum in cordibus suis habent. Idem etiam lumen *, cujus ardoris vis ad hoc divinitus sublatum * erat, ne supradicto panno noceret, usque ad hodierna tempora in dicto monasterio reservatur de consilio cujusdam devoti Fratris: speraverat namque idem Frater, quod tale lumen, per quod ingens hoc miraculum factum, majoris a liquando utilitatis futurum esset, quod minime impossibile creditur.

* i. e. sericus
* sublata

126. Tempore, quo pistrinum lapideum in monasterio B. Meinulphi per sollicitudinem venerabilis Prioris Arnolde Huls jam magna ex parte constructum erat, et necdum in eo ali-quod lobium factum, sed pro tribus fiendis lobiis unum super aliud nudis trabibus in quartum pedem ab invicem distinctis dumtaxat fuerat præparatum, idcirco ut idem pistrinum eo citius utilitati, ad quam fuerat factum, deserviret, primo cum straminibus absque intermixta gleba tegebatur, et dum ad hujusmodi tectum faciendum fratres laborarent, unus ex iis, nomine Hugo, ad hoc deputatus, tegentibus supradictum ædificium stramina ministrabat, qui dum quadam vice in sublimi dicti ædificii sub tignis supra cumulum straminis staret, et gradum stationis minime observaret, labi cœperat de excelso et per tres trabium situationes pro tribus fiendis lobiis unum super alium casum faciens in terram cecidit, et corpore prorsus illæsus apparuit; postquam vero uno die ob conceptum timorem baculo innixus incesserat, deinde sanus factus ad pristina opera perficienda lætus accessit. Mira res, non tamen in oculis Domini, omnia optime disponentis, quia nisi prædictus Frater divinitus fuisset custoditus, utique super unam de multis trabibus, per quas ceciderat, ad extinctionem vitæ cecidisset; quod si per dictum casum non statim mortuus fuisset, tamen debilis et inutilis factus esset. Audiatur nunc, quomodo a Domino Deo fuerit custoditus. F Dixerat namque supradictus Frater, quod dum labi cœpisset, S. Meinulphum invocasset. O pium et optimum Patronum, qui fidelem servum suum conreparatorem sui monasterii, quem ad hoc deputaverat, apud Deum sua pia intercessione maxime, quia in necessitate sua eundem invocaverat, a morte præservavit.

lapisumque e
sublimi custo-
dit incolu-
mem:

127. In districto castri Wevelsburg colonus quidam habitaverat nomine Conradus Molners, qui, quadam infirmitate tactus, in ægrotudinis lecto communi morte finem vitæ fecit, et dum mortuus fuerat, luctus et planetus uxoris ejus et filiorum, prout naturale est, subsequēbatur, vicinique et vicinæ citius occurrentes cum dolentibus compassionis dolorem de morte sibi cohabitantis multum dilecti viri habuerunt. Et quando idem Conradus evidentibus signis mortuus dicebatur ab astantibus, et illi, quorum intererat, ut corpus defuncti de lecto supra domus pavimentum, sicut moris erat, deponere laborabant, casu supervenit defuncti soror de civitate Paderbornensi, nomine Adelheids, et intelligens hæc, quia fratrem ejus jam defunctum de lecto in terram ponere laborarent, velocissime access-

mortuum ad
vitam revo-
catus,

A accessit, et ambobus brachiis circumcingens defectum fratrem valida voce erupit in hæc verba : « Nolite, quæso, nolite hunc de lecto » tollere; non enim mortuus est, sed vivit, » et invocans sanctum Meinulphum ita loquebatur : « Sancte Meinulph, rogo te, ut sicut aliquando » lacrymantis canonissæ tui monasterii in ci- » neres redactum peplum per tuas preces red- » didisti, ita et nunc mortuum meum fratrem » tuis precibus ad vitam digneris revocare. » Ego, qualiscumque etiam fuerim, spondeo, » me crastina die cereum dimidii talenti tuo » altari in honorem tuum allaturam. » Qua spon- » sione facta, is, qui mortuus fuerat, visum oculo- » rum suorum retorsit in sororem; quod dum illa » adverteret, cum gaudio magno interrogans fra- » trem loquebatur in hunc modum : « O amice » singularis, et ubi tu fuisti? » Respondit ille : » Abii, et jam reversus sum, vidique sanctum » Meinulphum; » dixitque et soror : « Frater » votum tale, quod pro te feci » (exprimens id, » quod voverat) » ad ecclesiam B. Meinulphi fe- » ram. » Respondit, qui revixit, frater : « Solve, » soror, quod vovisti; nam dum ego magis re- » convalesco, peregrinationem meam ad B. Mei- » nulphi reliquias, associatis mihi duobus, di- » scalceatus lineisque indutus in gratiarum » actionem me facturum spondeo; » quod et » adimplevit et pristinae sanitati penitus est resti- » tutus.

fractum mu-
lieris genu

128 *Talia sunt tria sub sexto Budicensis monasterii Priore Arnolde Hüls Sancti nostri patrocinio patrata continuæque serie a chronologo Budicensi Joanne Probo recensita miracula, de quibus quid censendum sit, prudentis lectoris iudicio reliquo, et ad aliud seu nonum ex hic dan- dis, quod, ut dictum est, sub eodem quidem Priore Arnolde Hüls contigit, non tamen una cum tribus proximè relatis continua serie a Joanne Probo narratur, jam pergo. Verba, quibus a Budicensis Chronici auctore exponitur, hæc sunt : Gertrudis, filia Reneti militis de Brecken castri We- welsburg, postquam in vestitu pompam sæculi peregerat longo tempore, licentia a strenuo suo viro petita et accepta, propter consecutionem æternorum honorum vitam solitariam gerere cupiens, Prioris monasterii B. Meinulphi et ejus conventus consensu interveniente, locum Kerchberg, quæ est filia supradicti monasterii, usque ad annum indefesse habitaverat, quæ, dum quadam vice devotionis causa cum devota sua famula, nomine Sophia, ecclesiam in Bod- deken visitare vellet, contigit, ut in itinere præ- dicta famula in terram ruens genu suum gravi- ter frangeret, et debilis sit effecta ad ulteriorem gradum faciendum.*

ad sui invo-
cationem
sanat,

129 Quod dum Gertrudis domina ejus, certo ducta indicio, vero esse comperit, famula ejus ibidem supra terram sola relicta, veloci cursu monasterii fores petiit, medicum vocat, ac cum eo, ut famula ejus per ipsum curaretur, ire cœpit versus locum, ubi infirmam dere- liquerat : quo tempore infirma famula Dei, sola jam existens, antequam domina ejus cum me- dico ad eam venerat, beatam Virginem Mariam et sanctum Meinulphum devotissime implora- vit, ut sanitas pristina ei redderetur, ne infir- mum ejus genu ab aliquo masculo denudatum tangeretur aut cerneretur; et oratione facta, supradicta famula, spe magna et fiducia, quam ad beatam Virginem Mariam et sanctum Mei- nulphum habuit, firmissime freta, fore, ut per

ipsorum piam intercessionem sanitatem conse- queretur; et, ecce, domina sua una cum medico monasterii superveniente et coram famula exi- stente, genu, antea fractum, nunc sanatum et plane consolidatum reperit. Quo facto, dixit famula ad dominam suam : « Gratias Deo! Jam » sana facta sum ex sono » (audiverat enim va- lidum strepitum et sonum ad orationem factum) » quem audivi. » At domina interrogando dixit ei : « Jam me ad præsentiam tuam superve- » niente, sonum audivi circa te; erat ille sonus, » de quo dicis? » Et illa respondens ait : « Ita, » dilecta domina mea : » protinusque de terra sine alicujus hominis adminiculo surgens, iter, quod prædicta domina et sanata ejus famula facere cœperant, frequentantes, ad ecclesiam monasterii B. Meinulphi cum gaudio magno pervenerunt.

130 *Accipe nunc, quod inter miracula huc transcribenda decimum locum tenet. Ita habet :*

Erat quidam devotus sacerdos oppidi Geseke, qui habebat singularem devotionem ad B. Mei- nulphum, et ob hanc causam habebat in Bre- viario suo suffragium de eodem, quod consue- verat ad honorem ejus quotidie persolvere. Contigit vero ob causam, quam Deus tantum novit, ut idem quasi amens factus a suis paren- tibus die ac nocte custodiretur; aliqui etiam sa- cerdotes oppidi Geseke Breviarium ejus, ne ex horarum suarum lectione, quia modo debilis capite erat, totus furibundus redderetur, clan- destine abstulerunt; tamen quia B. Meinulpho prædictus infirmus sacerdos in precibus suis solitus erat inservire, per ejus piam intercessio- nem apud Deum miserendi tempus advenit; nam nocte quadam, præsentibus suis eum custo- dientibus, somno autem oppressis, surrexit sa- cerdos et abiit, et de quadam angulo juxta focum Breviarium suum extrahens aperuit, et orationis suffragium de B. Meinulpho persolvit, quo facto, suorum sensuum cœperat resumere sanitatem; post hoc, cum eadem cœpta sanitas aliquale habuit incrementum, qui eam per in- tercessionem B. Meinulphi sibi adesse novit, tale votum fecit, ut vellet, quod etiam adimple- vit, et sanus in suis sensibus factus permansit, cum duobus sacerdotibus sibi sociatis sacras ejus reliquias in gratiarum actionem visitare.

F 131 *Miraculum hoc sub septimo monasterii Budicensis Priore Arnolde de Holte collocat Joannes Probus, ut id adeo, quoniam hic quidem suum Budicense Chronicon ultra annum 1455 non producat, ille vero Budicense canobium anno 1449 Prioris munere moderari primum cœperit, vel hoc ipso anno 1449 vel aliquo e sex sequentibus indubie evenerit. Eodem etiam tem- poris spatio, et quidem, qui huc includitur, determinato anno 1455 undecimum, quod hic adhuc dandum restat, miraculum diserte assignit Budicensis chronologus, ita illud litteris commen- dans : Ad honorem B. Meinulphi levitæ Christi audiatur subsequens miraculum, quod ejus pia intercessione apud Deum accidisse creditur. Anno Incarnationis Domini 1455 ipso die B. Lucie virginis colonus quidam, nomine Her- mannus Thonninges, inhabitator villa Breneken, Domino Deo pie disponente, improvise et sub- itanie infirmabatur; qua infirmitate perdurante, agonizans putabatur, et, quia pastor villæ Bre- neken pro quodam negotio Paderbornæ tunc temporis morabatur, idcirco hi, qui præmemo- rati infirmi singularem curam genere videban- tur,*

AUCTORE
C. B.

insanum sano
menti reddit,

infirmo, dum
ei de sacro
ciatico sit
prospectum,

AUCTORE
C. B.

tur, timuerunt, eundem infirmum absque Ecclesie Sacramentis ab hac vita migraturum. Sed quid factum fuerit, audiatur: nam ille infirmus, quia sanus in vita sua B. Meinulphum præcipue honoravit, jam in infirmitate constitutus meruit, ut quædam mulier in lecto aegritudinis suæ assistens divinitus inspirata S. Meinulphum sic invocans exorabat, ut prædicto infirmo saltem suis precibus tamdiu apud Deum vitam suam prolongare mereretur, donec Sacramenta suscipere.

* exoraret
viam prorogat, aliaque miracula,

132 Qua invocatione facta, dictus infirmus, de infirmitate sua levius se habere sentiens, in Deo lætabatur, amici tamen et consanguinei ejus de tali virium suarum aliquali resumptione minus contenti, volentes, eum securum esse per munitionem Ecclesie Sacramentorum, nuntium ad viciniorem parochiam, videlicet ad oppidum Byren, mittentes, sacellanum in dicto necessitatis articulo ad se venire petunt, qui, nuntio negotium sibi exponente, celeriter ad infirmum visitandum properavit; ab illo jam coram infirmo præsentem de venerabili Sacramento provisum est infirmo: quibus sic Ecclesiastico more peractis, dicto sacellano adhuc præsentem, infirmus migravit ad Dominum, et qui non crederet, quod infirmo dicto meritis B. Meinulphi impetratum fuerit, ut in infirmitate constitutus antea mori non potuisset, nisi venerabile Sacramentum suscipere.

B

Porro Joannes Probus in Opere suo sæpissime jam laudato plura adhuc alia, veluti a Sancto nostro ad ulciscendas monasterio suo illatas injurias patrata, alterius quodammodo generis narrat miracula, quibus factum sit, ut, qui in Budicense Sancti monasterium sive furto aut rapina, sive detractioe aut calumnia fuissent injurii, divinitus fuerint puniti; verum cum adversæ fortunæ casus seu infortunia, quæ his obvenisse refert, a Deo, ut injurias, servis suis illatas, ulcisceretur, fuisse immissa, plerumque vel non constet, vel certe an ea, de quibus id constare videtur, a S. Meinulpho, monasterii sui patronum apud Deum agente, fuerint profecta, dubitandum appareat, ex omnibus vis miraculis unum ego dumtaxat de partu monstruoso, quod aliunde ex authentico obstetricis testimonio, penes me exstante, comperit etiam habeo, speciminis quodammodo loco hic transcribo.

C

e quibus hic unum adhuc datur, patrasse traditur.

133 Refert id Budicensis chronista pag. 75 et seq. his verbis: Audiatur nunc res gesta, multum auditui horrenda; postquam enim prædictus (quintus monasterii Budicensis) Prior (Hermannus vonder Stecke) bonæ memoriæ, dum adhuc in vita erat, et de monasterio B. Meinulphi ad suum proprium (B. Catharinæ virginis prope Neomagum) translatus fuerat, et nondum canonicæ Boddecens de novo Priore provisum erat, quidam militaris diocesis Paderbornensis, nec Deum tinens, nec homines reverens, porcos Regularium (canonicorum Budicensium videlicet) violenter abegit, et ad castrum suum ducens, eosdem mactari fecit. Quo peracto, uxor ejus vicina partui quoddam monstrum, in aliqua sui parte simile porco, parturii, sicut una de obstetricibus, quæ præsentem erant, nonnullis postmodum referebat; præfatum, inquam, monstrum mortuum erat, habuitque pedes versus suram reflexos et a longe prospicientibus tanquam pedes porcini incurvati apparebant; habuit etiam magnum vulnus tumidum et apertum, sed non cruentatum. Dicta

obstetrix præfatum monstrum visu horribile supra suas receptum manus viro prædictæ parientis ad majorem etiam ipsius confusionem et horrorem, ne consimile violentam raptam monasterio B. Meinulphi de cetero inferre præsumeret, celeriter ostendens, ait in hæc verba: « Cerne puerum tuum, isti namque sunt porci, » quibus monasterium B. Meinulphi spoliasti. Qui magno percussus horrore, et pudore confusus monstrum istud satis horrendum ab oculis suis auferri mandavit. Justum namque fuit, ut, qui porcos a monasterio violenter abstulit, eosdemque vulnerando interfici fecit, puerum mortuum et monstrum vulneratumque ac cum pelle porcina contextum per axoris suæ partum recipere mereretur. Hermannus vonder Stecke anno 1427 monasterii Budicensis Prior fuit creatus, idque munus annis quinque seu ad annum usque 1432 gessit, ut Joannes Probus pag. 69 et 73 docet; Hermannus autem eodem anno 1432 susceptus fuit Arnoldus Hüls, uti ex jam supra dictis liquet. Jam vero, cum relatum modo prodigium post gestum ab Hermanno Budicensis monasterii prioratum, tuncque, dum nondum huic de novo Priore fuisset prospectum, acciderit, consecrarium omnino est, ut cum eodem anno 1432 debeat illius epocha componi. Quod si porro plura miracula, quibus S. Meinulphus puniri a Deo impetravit in monasterium suum injurias, quisquam forte desideret, is apud Joannem Probum, unde voto suo fiat satis, pag. 37 et tribus seqq., pag. 43, pag. 97 et seq., pag. 104 et binis seqq., pag. 111 et seqq., et pag. denique 115 et seq. inveniet.

§ X. Sancti reliquiæ a canonicis Budicensibus cum aliis communicatæ, cultus in diocesi Paderbornensi et alibi.

Quamdiu sacræ virgines seu sanctimoniales monasterium Budicense incolere, integrum Sancti nostri corpus seu sacra omnia ejus ossa, nullo prorsus distracto aliave cum æde sacra communicato, in ecclesia sua asservasse videntur, divitissimeque, ut apparet, omnia pariter sacra illa pignora, cum sanctimonialibus fuissent substituti, Regulares canonici in eodem monasterio etiam custodiere. Verum anno 1571 factum tandem est, ut pretiosissimi thesauri partem, in Hispaniam ad serenissimam regni hujus reginam, Philippæ II e Maximilianæ II imp. filia uxorem, dono mittendam, postularit Joannes ab Hoya, celsissimus ac reverendissimus ecclesie Monasteriensis episcopus, ecclesiarumque Osnabrugensis et Paderbornensis administrator, cujus sane postulato pissimo non potuerunt non annuere Budicensis canonici. Illa nos ipsæ litteræ, quas hi ad celsissimum illum antistitem ea occasione scripserunt, opportune docent. Litteras illas, utpote quæ Sanctæ reliquiis in Hispaniam missis testimonii loco fuissent adjunctæ, in Lipsanologio Ms. in folio regalis monasterii S. Laurentii Escorialensis anno 1722, mense Februario Cuperus noster, ibidem tunc degens, exscripsit, domumque reversus, Mss. nostris de S. Meinulpho Notitiis adjecit. Eas ego integras, quod nonnulla, ad institutum nostrum spectantia, nos edoceant, hic transcribo.

E Sancti reliquiis pars quedam, ut Hispaniam mittenda, F

135 Sic habent: Reverendissimo in Christo præsuli,

Joanni ab
Hoya episcopo
per litteras,
quæ hic reci-
tantur,

A præsul, simul ac illustrissimo principi, domino D. Joanni Monasteriensi episcopo, Osnabrugensis autem et Paderbornensis cathedralium ecclesiarum administratori, comiti ab Hoya, Domino nostro clementissimo. Reverendissime præsul, illustrissimeque princeps, elapsis aliquot diebus, a venerabilibus eximisque viris dominis Conrado ter Mollen licentiato, decano et officiali, nec non Henrico de Colonia, quondam illustrissimæ celsitudinis vestræ litteræ de probatis aliquorum Sanctorum reliquiis pro serenissima Hispaniarum regina conquirendis destinatæ, non solum nobis exhibitæ fuerunt, verum etiam nos summa ab eisdem diligentia exhortati, ut illustrissimæ C. V. requisitioni satisfacientes partem aliquam de beatissimi Maynolphi confessoris, patroni nostri, illustrissimæ C. V. præsentandam, ipsis communicare vellemus. Quamvis autem apud nos præter supradicti patroni nostri S. Maynolphi pauca reliquiæ probatæ inveniantur, nobis etiam thesaurum illum pretiosum, antea a nemine nostrum vel apertum vel visum, sed ab accessoribus nostris summa cura magnaque reverentia custoditum et religiose conservatum, non solum referat, sed et dissipare infandum nefas visum fuerit, nihilominus tamen plus ill. C. V. jussis, quam nostris affectibus, dandum fore censuimus, ideoque tumbam, in qua sancti nostri Patroni ossa ab ipsa translatione recondita pieque conservata fuere, in Dei nomine anxie recludentes, partem brachii jam dicti Patroni nostri ex eadem debita veneratione sublata, una cum sancti ejusdem nostri Patroni Historia, sive Legenda, prout eadem a majoribus ad nos pervenit, sigillo nostro roborata I. C. V. fideliter transmittendam, supradictis domino officiali et cancellario tradidimus, obnixè petentes, eadem I. C. V. hanc qualem animorum nostrorum humilem devotamque promptitudinem vobis gratiæ habere non dedignetur. Datum pridie Nonas Martii anno 1574. Reverendissimæ illustrissimæque C. V. humiles devotique sacellani, Prior et conventus in Büdeken, Ordinis Canoniorum Regularium S. Augustini, Paderbornensis diocesis.

dono data,
alia cum
Lovaniensi
S. Martini
monasterio,

C 436 Accipe modo, quæ vel in hæc litteras, vel saltem earum occasione observanda occurrunt. Non expriment, quanta fuerit brachii S. Meinulphi pars, quam ad Joannem ab Hoya, Monasteriensem episcopum ecclesiæque Paderbornensis administratorem, miserint Budicenses Regulares canonici; verum hanc fuisse ut minimum sex digitis longam, docet Notitia, a Cuperò ad marginem adjecta, quæ e sacris S. Meinulphi lipsanis fuisse hujusmodi longitudinis os in Hispanias missum, prodit. Porro cum pretiosissimum lipsanorum Sancti nostri thesaurum post factam ejus translationem seu de terra levationem nunquam fuisse ad illud usque tempus, quo scriptæ sunt, a quoquam vel apertum vel visum, diserte edicant, non viderant aut certe non legerant, qui litteras illas exaravere Budicenses canonici, sæpissime in hoc commentario jam laudatam Joannis Probi Lucubrationem, e qua (adi num. 110) sacra Sancti nostri ossa, aperta, quæ hæc continebat, lipsanotheca, ab episcopi Paderbornensis suffraganeo, atque a Joanne Wacl, monasterii Swolens Priore, anno 1409 publice populo fuisse exhibita, luculentissime constat. Verum qui factum, ut ipsum monasterii sui Chronicon ignorarent religiosi illi viri? Non est sane, cur id mi-

rum cuiquam accidat, cum illud Opusculum, uti ejus editor anonymus in prævia ad lectorem Admonitione docet, usque ad præsentis sæculi initium in tenebris latuisse videatur. Adhæc, fuisse nunquam sacrarum Sancti reliquiarum capsam a decessoribus suis reseratam, facile etiam persuasum sibi habuere, quod eam aperire, ipsimet, uti in recitatis litteris apertissime indicant, religioni duxerint. At vero, qui post sæculum sextum decimum florere Regulares canonici, non ita religiose ab aperienda Sancti nostri lipsanotheca extrahendisque ex ea reliquiis abstinendum censuere. Res ex jam nunc in medium adducendis pateseet. Inter Ms. de Sancto nostro Notitias occurrunt testimoniales de sacris, quas Lovaniense S. Martini canonicorum Regularium monasterium asservat, S. Meinulphi reliquiis litteræ, a Petro a S. Trudone, Priore S. Martini Lovanii, et congreg. Windesheimensis generali, conscriptæ, atque cum Papebrochio nostro sec. proxime elapso communicatæ. Hæc, quod ad præsens institutum facientiam cum librarii mendis hæc transcribo.

436 His verbis concipiuntur: Pro æterna veritatis memoria ac testimonio. Particulam hanc majorem reliquiarum R. Meinulphi sive Menolphi, archidiaconi ecclesiæ cathedralis Paderbornensis, accepi a R. adm. P. ac D. Matthia Damiani, Priore Gaefdoncano, anno Domini 1690, 22 Septembris, desumptam ex osse longo medio circiter pede, quod R. adm. P. ac domnus Theodorus Mesmecker prædecessor ipsius, et capli Windesheimensis commissarius cum licentia R. adm. D. Prioris Budicensis acceperat ex ipsa arca reliquiarum ipsius, in eodem monasterio in choro ad latus Aquilonare servari solita, tempore visitationis ibidem per ipsum factæ. Alteram autem particulam minorem et dentem ejusdem S. Menolphi ego ipse a. Dni 1669, mense Junio ex ipsa cista seu arca reliquiarum præfata ejusdem Sancti extraxi, præsentibus et consentientibus R. adm. D. Hermanno Crüel Priore et Joe Hermipennio Superiore; eundemque dentem eandemque particulam minorem offerri curavi R. adm. amplissimoque D. Amato Coriache archiepiscopatus Mechliniensis vicario generali, ceterisque dominis, sede vacante, vicariatam præsentantibus. A. D. 1667 mense decembri mediante supplica, qua petivi eandem particulam ac dentem S. Menolphi, tamquam veras indubitatasque reliquias, publice exponi ac honorari a populo posse, declarare ac permittere dignarentur: ad quam firmam petitionem responderunt illi D. ordinarii consensu aut DD. vicariatus approbatione aut licentia opus non esse, eo quod ego ipse testarer (uti ipsis scripto testatus fui) ipsas propria manu ex præfato reliquario seu arca desumpsissem. In prætorum fidem has manu mea subscripsi A. D. 1673, 27 Martii:

Fr. Pet. a S. Trudone Pr.
S. Mart. Lov. et C. W. G.

438 Bis itaque sæculo proxime elapso sacrum reliquiarum S. Meinulphi thesaurum, monasterii Budicensis Priore annuente, reseravunt, partesque ex hoc, cum Lovaniensi S. Martini monasterio post comunicatas, extraxerunt Regulares canonici; ac semel quidem id fecit, qui testimoniales hæc litteras scripsit, Fr. Pet. a S. Trudone Pr. S. Mart. Lov. et C. W. G., id est, Frater Petrus a S. Trudone Prior S. Martini Lovanii et Congregationis Windesheimensis Generalis; semel vero R. adm. P. ac dnus Theodorus Mesmecker,

AUCTORE
C. B.

uti litteræ,
quæ hic tran-
scribuntur,
fidem faciunt,
E.

* legendum,
ni fallar, 1670

* corrigendum, ut puto,
1667

F

communicata,
capitque,
postulante il-
forte Ferdin-
nando Fur-
stenbergio,

AUCTORE
C. B.

tuli Windesheimensis commissarius. Adhuc Edmundus Martene, in secundo suo *Itinere litterario loquens de rebus, Paderbornæ a se in ecclesiæ cathedralis sacrario visis, verbis Gallicis, Latine a me redditis, pag. 239 sic scribit: Monstrarunt nobis in sacrario magnam crucem argenteam, sex aut septem pedibus altam, sex ex eodem metallo, cruci quadrantia, candelabra duos hermas item argenteos, quibus sunt inclusa capita S. Liborii Cenomanensis episcopi, ecclesiæ cathedralis patroni, et S. Menulphi diaconi, qui Sancti hujus corpus Cenomanis advexit. Dona sunt pii juxta ac eruditi episcopi, Ferdinandi Furstenbergii. Caput ergo S. Meinulphi possidet cathedralis Paderbornensis ecclesia, ut adeo, quo illud cum hac communicarent, iterum post annum 1571, quo adhuc ex dictis antegrum Sancti corpus possidebant, arcam seu capsam, sacram hoc pignus comprehendentem, reserasse necesse sit Budicensis canonicos, nisi forte, quod tamen non puto, pretiosam illam corporis S. Meinulphi partem, quæ penes Paderbornensem cathedralem ecclesiam modo est, una cum altera e partibus, cum Lovaniensi S. Martini monasterio secundum dicta*

B communicatis, extraxerint, donoque ad cathedralem Paderbornensem ecclesiam transierint.

qui summa
in Meinul-
phum vene-
ratione

139 Celsissimus ac reverendissimus princeps Ferdinandus Furstenbergius, sæpissime jam supra a nobis laudatus, episcopus Paderbornensis, Poeticæ non minus quam Historiæ peritus, qui, ut Marteneus, sibi etiam Overhamum consentientem habens verbis proxime recitatis docet, argenteum Sancti hermanni cathedrali Paderbornensi donavit, præcipua etiam Vita S. Meinulphi argumenta, uti ex Notitiis Mss., penes me exstantibus, et ex Overhami in Sigewardinam Sancti Vitam Observationibus disco, complexus est votivo, cui titulum hunc, De S. Meinulpho, Paderbornensi diacono et indigena, qui multis miraculis clarus in cœnobio Bodecensi loco natali quiescit et colitur 3 Non. Octob., præfixit Epigrammate sequenti:

Non pietate minus quam sanguine clarus
avito

Meinolphus, Paderæ gloria prima suæ,
Heic situs est, postquam monuit tellure le-
vandum

Sponte sua visus dissiliisse lapis.

C Devenere sacri custodem pignoris arcam,
Quisquis es antiquæ religionis amans.

Dic: Licet ostensum cervi inter cornua Num-
men,

Mystam oculis captum, virgineumque pe-
plum,

Et tot præterea miracula, quæ prior ætas

Et stupuit præsens, fas siluisse foret,

Virtutes, Meinolphe, tuas tamen ipra se-
puleri

Certarent, rupto marmore, saxa loqui.

fuit, ecclesiæ
cathedrali Pa-
derbornensi
concessum.
Cultus

140 Adhuc idem celsissimus princeps episcopus Ferdinandus, ut jam supra ex Overhamo docui, nummos imperiales, S. Meinulphi effigie, hacque adjecta Epigraphæ, S. Meinulphus diaconus Paderbornensis, signatos, cudi primus curavit, ut singulari plane in Sanctum nostrum fuerit veneratione atque affectu. Hinc porro fit, ut cum præterea Sancti caput, quod modo cathedralis Paderbornensis possidet, ante annum 1661, quo Ferdinandus primum factus est Paderbornensis episcopus, fuisse penes hanc, non inventam, suspicio incidat, sacrum illud pignus fuisse per hunc Paderbornensem episcopum, qui, cui id

D includitur, argenteum Sancti hermanni ex dictis fieri curavit, a Budicensibus Regularibus canonicis impetratum, ut proinde hi S. Meinulphi lipsantheccam non tantum binis supra memoratis vicibus, verum etiam alia adhuc, qua ex illa dandum Ferdinando Paderbornensi episcopo Sancti caput extraxerint, sæculo proxime elapso fortassis reseraverint. Quoquo modo res habeat, insignem equidem, uti ex jam dictis liquet, reliquiarum Patroni sui partem cum cathedrali Paderbornensi ecclesia communicarunt. Verum cum id ita sit, quo exinde in hac cultu ecclesiastico S. Meinulphus fuit affectus? In cultum, quo 5 Octobris die ibidem et in diœcesi Paderbornensi modo gaudet, inquirendum curavi, fuitque Augustino Aldenbrück, Societatis nostræ sacerdoti, qui eum in finem Paderbornam dare litteras gravatus non fuit, rescriptum in hæc verba: De S. Meinulpho aliud hac in urbe (Paderbornensi scilicet) et reliqua diœcesi statutum nihil est, aut consuetudine receptum, uti et oretenus et ex documentis studiose revisis intelligo, quam quod in templo cathedrali memoria quadam 5 Octobris celebratur, et in diœcesi sub ritu duplici eodem die, non tamen cum obligatione audiendi Missam et abstinendi a laboribus servilibus.

E 141 Quinta itaque Octobris die, quæ Sancto in calis natalis est, de eo non Officium, sed commemoratio dumtaxat, ni forte hic memoria significet Officium, in cathedrali Paderbornensi fit, ut illum ampliori ecclesiastico honore in hac, in qua vivus egit canonicum, e vicis jam sublato, Sanctisque adscriptum, non affici, mirum queat videri. Estat penes nos Kalendarium Paderbornense, ab annis amplius centum excusum, quod litteris rubricis eo plane modo, quo Sanctos alios, cum obligatione audiendi Missam et abstinendi ab operibus servilibus colendos, notat, ad 5 Octobris diem S. Meinulphi nomen exprimit; unde, cum et Paderbornæ et in tota diœcesi Paderbornensi ampliori, quam quo modo gaudet, cultu ecclesiastico olim esse gavisum, nemo non conjiciet. Verum, etsi hoc ita habeat, Officio saltem ritus duplicis, teste mox huc transcripta Paderbornensi Notitia, in diœcesi Paderbornensi Sanctus nostrus natali suo die hodieque colitur, nec dubito, quin id partim constet e Lectionibus, e Meinulphi Vita depromptis, eique proinde propriis, quales ex antiquis Paderbornensibus Breviariis in Notitiis nostris Mss., subinde citatas invenio, qualesque forte etiam in diœcesi Paderbornensi lectæ fuerint jam inde a Gobelini Personæ ætate, utpote qua ibidem, uti hic scriptor Cosmodromii Ætate 6, cap. 40 testatur, natale S. Meinulphi festum 5 Octobris die celebrari pariter soluerit. Porro Sanctus, ut Overhamus in suis ad Sigewardinam Sancti Vitam Observationibus docet, sacram sibi habet paræcia, quæ Dornhagen vocatur atque in diœcesi Paderbornensi sita est, ecclesiam; quod cum sit ultimum, quod de cultu Sancti in diœcesi Paderbornensi commemorandum occurrit, ad eum, quo alibi gaudet, jam progredior.

F 142 Etsi sacræ Sancti nostri reliquæ, cum Locaniensi canonicorum Regularium monasterio sæculo proxime elapso, ut supra docui, communicatæ et per Petrum a S. Trudone, Lovanii S. Martini Priorem, ad approbationem oblatæ, legitima ordinarii auctoritate, uti ex ejusdem Prioris litteris, num. 137 recitatis, liquet, approbatæ anno 1673 nondum fuissent, honorifice tamen, uti ex litteris, ad Majores nostros Lovanio anno 1694 datis, disco, fuere tunc temporis cum aliis aliorum

Sancto in hac,
in diœcesi
cognomini,

apud Regulari-
res Congrega-
tionis

A rum Sanctorum reliquiis, publicæ veneratione exponi solitis, ibidem assertæ. Verum sacra illa pignora post annum 1694 ab Humberto a Præcipiano, Mechliniensi archiepiscopo, fuere tandem etiam approbata. Ita in litteris, Lovanio huic datis ad amicum, a quo illa de re fuerat, me curante, epistola conventus, docet R. D. A. I. Melaert, ipsiusmet S. Martini Lovaniensis alumnus, addens etiam, in hujus sui monasterii ecclesia sacras, de quibus hic, reliquias publicæ venerationi exponi, esseque in illa sacellulum, in quo S. Meinulphi custoditur imago, a dextris sibi habens appictam puellulam cum adscripta vernacula epigrapha, qua huic, nomine Elizabeth-Verhoy, fuisse oculos, ex ustione bis læsos, Sancti patrocinio anno 1707 sanatos, indicatur.

Windesheimensis canonicus,

143 Sanctum porro et in dicto Lovaniensi S. Martini et in omnibus aliis Congregat. Windesheimensis monasteriis Officio ecclesiastico quotannis coli, mihi mox suaserant scriptoris anonymi num. 48 huc transcripta verba. Verum, ut e Directoris, Propriusque, quæ in Belgio nostro ad dictæ Congregat. usum vel sunt vel fuerunt, modo disco, Officio istie Sanctus hodie non colitur, B etsi iterum hoc cum honore in Germania a præfata Congregatione assici, ex impresso hujus anno 1701 Colonia Agrippinæ Proprio, utpote in quo ad 5 Octobris diem Officium de S. Meinulpho præscribitur, concludendum appareat. Ceterum, ut omnia quæ ad Sancti cultum quocumque modo pertinent, expediam, locus adhuc, in quo is altare sibi consecratum habet, aut certe, Lutheri hæresi nondum exorta, habuit, commemorandus est. Docet hunc Joannes Probus in Budicensi Chronico part. 2, cap. 42, pag. 27. Verba, quibus id ibidem facit, et quibus simul miraculum, Sancti patrocinio patratum, complectitur, hæc sunt: Erat et alius Frater, Joannes Kilverman, unus ex his, qui cum primis reformatoribus monasterii B. Meinulphi in Bödeken transmisus fuit, presbyter senex et devotus, quia specialem gratiam habuit verbum Dei prædicando seminare. Iste dum in magna paupertate monasterium cerneret constitutum, assumpto socio sibi deputato, petitionem in prædictæ reformationis subsidium circumquaque fecit, de qua non parvam pecuniam attulit ad structuram.

C et in comitatus Schauenburgensis vicio Glinten delatus.

144 Contigit etiam, dum in territorio comitis de Schwowenberg in quadam villa, Glinten nominata, prope Weseram petitionem suam faceret, et ibidem mulierem, ut pro reformatione monasterii B. Meinulphi adjutricem manum porrigeret, precaretur, eadem mulier audiens B. Meinulphum nominari, cum lætitia mentis prorupit in hæc verba: « Dilecte domine, ob honorem B. Meinulphi libenter munus vobis » dabo; nam tribus annis privata visu fui, et » consultum mihi erat, ut pro receptione visus » altare B. Meinulphi, quod apud nos in ecclesia » memoratæ villæ ad honorem ejus constru- » etum est, visitarem, spondei visitare; qua » sponsione facta, statim hos oculos claros, » quos habere me, cernitis, per intercessionem » B. Meinulphi recipere promerui. » Schwowenbergensis, seu, ut communis scribitur, Schauenburgensis aut etiam Schaumburgensis, comitatus, qui vicum Glinten, verbis recitatis memoratum, complectitur, quique, proprios olim comites fortitus, nunc partim comiti Lippiæ, partim Hassiæ principi paret, in Germania inter Brunsvicensem ducatum ad Ortum et principatum Mindensem ad Occasum situs est, sequæ ad Visurgim seu

Weseram extendit, ut, etsi vicum Glinten, in quo Sanctus altare sibi consecratum aut habeat, aut certe habuerit, in Tabulis Geographicis expressum non inveniam, ejus tamen situs sat prope innotescat.

AUCTORE
C. B.

VITA,

Auctore Sigewardo,

Ex editione Overhami cum
Fragmentis Broverianis
et apographo Hardeshu-
sano collata.

PROLOGUS a.

Albino Patri digno constanter amari,
Filiolus parvus fidei vinculum Sigewardus b.

a

b

I nter eos, mi Albine, doctorum doctissime, jure suo liberaliter utuntur amicitia, qui amicorum non nesciunt nescire vitia. Horum te, Pater jucundissime, consortio illa simplex animi tui admittit intentio, qui salutari seductus errore, me nequitia imperitiaque maculis esse deformem voluisti nescire, quem tam ardua rei judicabas convenire. Nam quidam tuorum familiarium, sitiens illum oris tui fontem aureum, attentavit te precibus, ut beati Meinulphi vitam non antehac satis libero ore expeditam, tui stili venustate corrigendo velles deaurare. Tu autem, o viator imitabilis, ut super ratione duce progredieris, consilium tibi provideras subtilius: scilicet, ut id operis potius ad integrum ex tuo penu propinares, quam veterum dicta increpares. Sed dum tu plurimis occupationum impediris curis, me inter omnes auditores tuos infimum, nec inter eos vocari dignum, operis tui dignatus es vicarium.

E

Opusculum
suum auctore
Albino inscri-
bit,

2 Qua quidem intentione, tui quæ tantopere præconium expectat discipuli, nihil antiquius existimo: sed ne id mei culpa ne contrarium cadat, metuo. Quia cum arreptam sarcinam perferre nequivero, non solum mihi hæsitandum est in luto, sed culpa deficientis cadit in injuriam præcipientis: postremo tametsi me noverim impari esse imperato operi, vereor tamen resistere a te imposito oneri: plus quidem volens, ut imperitiæ meæ infamia me probet benignum, quam obedientiæ transgressio nequeat diffamare malignum. Præterea spero, immo certum scio, ne tu, Pater suavissime, filii tui opus prodire patiaris in publicum examen, ni tuæ correctionis lima prius illud castiget ad unguem.

segue in illo,
quod hujus
jussu scripserit,
F

3 Certe, si privati juris aggressus essem materiam, qua mihi arbitrato meo licitum esset evagari, spero etenim, ne tibi essem pudori: nunc autem et cautio animæ, quæ in historiis sacris plus nudam rei veritatem, quam luculentæ orationis leporem jubet exquirere; et artissima lex alieni itineris me scientem subire cogunt viam fidi interpretis. Dico autem alienum iter: quia quidam in ejusdem operis cursu præcesserat, cujus me non mutare sententias, magistra veritas imperat c. Solus tantum verorum ordo, mei stili disponendus relinquitur officio: immo etiam si quid

ceteris aucto-
ris fidem se-
quit.

c

AUCTORE
SIGEWARDO.

quid præcessoris mei sermo, vel diminutione languit, vel excessit incremento, hoc sanandum permittitur meæ curationis medicamento. Age modo, mi Pater, age, inquam, mi gratissime Pater, ab omni telo sinistrae interpretationis tuere me precor, sub clypeo tuæ imperiosæ defensionis: neque hoc, annuente Deo, tibi erit actu difficile, quem sapientium nemo molitur lædere.

ac veritatem
sectari profi-
tetur.

4 Invidorum autem hiatus non moror, quorum latratus nullus comitatur morsus; et quorum non justus in me aditus patet detractioni, nisi quod tam sacra mihi commissa sunt peccatori. Sed, si quis eorum sine peccato est, mittat in me lapidem. Ne autem multis occupationibus tuis mea loquacitas addat fastidium, hoc modo in calce æstimo breviter annectendum, quod Deum secretorum cognitorem testem habeam, tuæque personæ probatissimam majestatem, nihil me in Opere hoc locutum esse præter veritatem. Quapropter, si quis dignum ducat lector accedere huic Operi nostro, hunc per illud extremi iudicii æquissimum examen iterum atque iterum obsecro, ne meum recens dictum mendacii culpa velit notare, cui testimonium perhibet auctoritas veteris scripturæ.

ANNOTATA.

a *Vitæ Sancti nostri, per Sigewardum Scriptæ exemplar, e quo aliquot hujus Fragmenta Actis S. Meinweri in suis Sideribus Germaniæ subneavit Browerus, Prologo hoc fuit mutilum; quo etiam defectu laborat Hardehusianum, quod penes non est, ejusdem Vitæ apographum. Ad Comment. prævium num. 12.*

b *Quis Sigewardus, quis Albinus, cui Lucubrationem suam ille inscribit, probabilis fuerit, itemque quam fidem Sigewardus mereatur, in Comment. prævio num. 9 et 10 exponitur.*

c *Lucubratio scriptoris antiquioris, quam sibi prætulisse, hic iterumque infra innuit Sigewardus, penitus intercidisse, videtur.*

PROLOGUS ALTER.

Scriptionis
scopus.

C **A**nnuente gratia S. Spiritus, vitam sancti Mainulfi levitæ, in spem exemplarque levitis scripturi sumus, imo etiam ipsis sacerdotibus, qui plurimum exultabunt in reddenda sacerdotii ratione, si in hujus Diaconi a vixerint æmulatione. Ad summam, nullus est ordo, de quo male mereamur hæc scribendo, cum sit necessarium æque omnibus, tanti hominis refoveri interventione; cumque sit utile, ejus instrui imitatione. Sed nos pauca de pluribus hujus Viri miraculis complectimur, eademque pauca humilis stili serie prosequimur: commodius judicantes, ut doctus lector stilo nostro quasi indocto detrahat, quam stili nostri acumen minus capacibus capiendi aditum intercludat. In hujusmodi namque scripturis minime captanda est inutilis aura favoris, sed commodum internæ provectionis. Sed jam exordium aggrediamur.

ANNOTATA.

a *Liquet hinc, sacerdotio nunquam initiatum fuisse S. Meinulphum, ut, eum in diaconatus Ordine usque ad vitæ finem permansisse, Gobeltnus num. 10 recte scribat.*

CAPUT I.

Sancti natales, baptismus, litterarum studium, vitæ institutum, progressus in virtute, condendi monasterii propositum, hujus exsecutio, visiones, miraculum, obitus.

Tempore, quo gentem Saxoniam a Karolo imperator imperio suo subegit, subactamque de idololatria ad fidem Christi transtulit, natus est de eadem gente Mainulfus b, utroque parente admodum nobilibus c. Sed jam in tenera ætate per necessitatem mortis destitutus est patre. Quo defuncto, nondum iste Puer mysterium suscepit baptismatis sacri, licet jam ætas ei concessisset virtutem ambulandi: quia gens illa adhuc fragilis in Catholica religione, nondum moris habuit teneros infantes baptismo consecrare d. Et ut plenius loquamur, ipsa gens nondum continuatim ad fidem pervenit, quod sequenti exemplo patenter liquebit.

7 Namque cum hujus Pueri mater primo viduata marito, contingere vellet proximam palmam virginitati, id est, abstinentiam thalami secundi: ecce, defuncti conjugis germanus, ipse quidem et re et professione paganus, visitavit eam indutus specie consolationis, sed animo volvens fomitem turpissimi sceleris. Quippe ille incestus hospes, in cujus corde hostis antiquus certissimum sibi hospitium collocavit, fratris conjugem, devotissimo hospitalitatis officio se suscipientem, heu nefas! invitam adulteravit e. Illa vero quam celerrime manus evasit corruptoris, absque dilatione properavit ad præsentiam prædicti Imperatoris f; ipsique, quæ dolor dictavit in corde, libero pronuntiaverat ore; nimis sancte obsecrans, ut se a tanto persecutore tueretur, qui æterni Tutoris vice in terris fungeretur. Imperator vero condolens nobilissimo dolentis dolori, annuit rogata roganti.

8 Ibidem quoque Filium ejus per lavacrum regenerationis, infra sanctæ matris Ecclesiæ uterum admitti fecit, ipseque eum a baptismo suscepit. Et bene quidem divina providentia Servulum suum, qui ab inferioribus personis domi baptizari potuit, ad regis cohortem vel curtem g baptizandum reservavit, quo procul dubio plurima populi collectio confluit: quatenus jam in ipso limine vitæ pluribus eum notum faceret, ex cujus notitia plures proficerent. Mater autem ejus, cui Regis sponsio certam securitatis spem largita est, spe gaudioque comite reversa est: et in vicem magistri, timorem amoremque Dei sibi constituit: ad quorum disciplinam omnem vitæ suæ ordinem instituit. Ipsa quoque Wigthruth vocabatur, quod vocabulum quasi quodam veritatis præsigio sortiebatur, quia pro Christi nomine cum vitis et concupiscentiis bellum gessit legitime h.

9 Puer autem Mainulfus sub jure scholari ad disciplinam dispositus litterarum, ex dispositione ascendit ad habitum earum; et quod scientiæ litteralis habuit, usu operis devotus excoluit. Quippe

D

Sanctus, nobilissimo genere natus, ipsomet, a b c

E

d

ad quem ejus mater, de injuria expositulatura, confugerat,

e

f

F Carolo Magno sponsore, baptizatur,

g

h

litteras discit,

A Quippe quia viam, quæ ducit ad vitam, artam et angustam existere scivit, jam de tenero ungui studiis asperioribus mentem formavit. Nam ut quidam docet :

Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit fecitque puer, sudavit, et alsit :
Abstinuit vino et venere i.

Cum autem excederet e scholis, excessit etiam desiderium mundani honoris; integra mente migrans ad primum Canonicæ legis in loco, qui dicitur Paterbrunno.

vita canonice
se dat Pader-
bornæ sub
Badurado
episcopo,
k

40 Hic eum ejusdem loci pontifex, ipse quidem virtutum gloriosus artifex, nomine Baduradus, benignissima cura nutriendum suscepit, susceptumque largissimo paternitatis et gratiarum sinu refovit k. Sed quia res monuit et locus, non gravabimur saltem unum recitare indicium de hujus pontificis virtutibus. Ecce, 27 annis post sepulturam ejus exactis, vestes, quæ cum eo sepulcrum subierant, ita integræ, et sanæ apparuerunt, ut nec una fimbria ex eis legem pateretur putredinis. Quæ res liquido exprimit, quod ipse vivens integer vitæ, scelerisque purus exstiterit. Huic tantæ virtutis viro, dum beatus Meinulfus adhæsit continuus, cum sancto sanctus, cum innocente innocens, et cum electo apparuit electus. Cum enim bonus esset in puerili ætate, melior tamen factus est in juventute : quoniam una non contentus virtute, ascensionem in corde suo disposuit, quatenus de virtute in virtutem semper transiret.

occasioneque,
quæ hic expo-
nitur,
l

B 41 Inter hæc divino accidit instinctu, ut prædictus pontifex ita questionem circumstantibus proponeret : quid mysterii sermo Evangelicus contineret, dicens : Vulpes foveas habent, et volucres cœli nidos : Filii autem hominis non habent, ubi caput suum reclinet ? Quam questionem mox quidam, sicut res habet, solverat, dicens : Quia Christus cordis nostri habitaculum quæreret, nec quærens inveniret, quia scelus nostrum quærentis introitum impediret. Quod verbum ultra, quam dici valeat, in pectus Meinulfi descenderat. Doluit namque intrinsicè, Christum ad januam cordis nostri humiliter, sed frustra pulsare, cum nemo pulsanti velit reserare. Itaque ex illa hora, cum antea esset bonus, jam ut ita dicam, factus est in bonitate novus; sese Christo pandens in terris hospitium, quatenus ab eo reciperet æternæ mansionis commercium.

monasterium
condere pro-
ponit,
m

C 42 Ergo quia Christum voluntarie suscepit, Christus susceptus apud Susceptorem suum mansionem fecit. Felix mansio sub tali mansore! in qua fortune nihil licebat, quia in ea tantus Paterfamilias dispositoris m vicem obtinebat. Sed nos ad planum narrationis ordinem redeamus, ne dum imperiti laudamus, tanti Viri laudes culpa ingenii deteramus. Nam si quem dignis laudibus nequeas extollere, hunc laudas pulchrius; si te imparem fatearis laudibus ejus. Beatus igitur Meinulfus, cum omnem virtutem, quam potestate habuit, actu etiam adipisci studuerit, certus jam de Domini sui fide erga se, erubuit fidelis servus fidelissimo Domino se solum offerre : quocirca miro ardebat desiderio monasterium construendi, sed id ardentem tardavit mora locum aptum inveniendi : quatenus divina pietas illud constructum tanto majori profecto examinaret, quanto Servus ejus pro construendo constantius laboraret.

43 Cum autem Dominus jam vellet Servo la-

boranti parcere, dignatus est ei suæ prædestinationis locum ostendere. Namque subulcus ejus, dum more solito in pascendis moraretur gregibus; ecce improvise miræ lucis splendorem aspexit in loco, ubi nunc idem monasterium Deo auctore consistit. Vidit præterea copiosam cervarum multitudinem, modo stare, modo circuire locum eundem. O ineffabilem Christi pietatem! quæ dum Servi sui honorem dictavit, nativitatis suæ miraculum suscitavit. Namque ut illa primum revelata est pastoribus, sic hujus construendi monasterii visio pastori innotuit primitus. Hinc patet, quam dilectus Deo iste fuerit, cujus sepulcri futurum locum tanta Dominus revelatione mirificavit n.

AUCTORE
SEGIWARDO.
locumque, quo
id faciat, vi-
sione, primo
subulco suo,

n
e quo hanc
auditam

44 Certe, quod hæc res pastori inter pascendum apparuit, significat, quod illo dominicus grex dominicis reficiendis pascuis venturus fuit; sed quod pastor fuit ipsius, id est, Mainulfi, exponit, quod omnes incolæ ejusdem loci, scilicet pastores cum omni sibi commisso grege, debeant post Christi, sancti Mainulfi præcipue servitio studere. Quod autem cervas, non cervos, vidit, gregem illum Dominicum ex femineo sexu collectum iri præfiguravit. Si quis enim E quaerat mysterium de viso lumine, nihil prohibet eum præsentiam S. Spiritus per lumen intelligere, quæ et olim Apostolis per ignem voluit apparere. Prædictus autem pastor hæc exanimatus visione, nihil omnino sollicitus fuit de grege, sed timuit, se jam ad præsens extrema passurum esse. Verumtamen cum postea vix reciperet animum, festinanter perrexit ad Dominum suum, illicque, quæ vidit visa, per ordinem cuncta discussit.

E

45 Vir Deo plenus, cordis corporisque auri- bus arrectis in verba dicentis, ubi dicens dicendi finem fecit, auditor lectissimus pro gratissima fama Christo sacrificium laudis immolare cepit o. Certe cepit, ceptumque honestissime perfectit : quo perfecto prædictum pontificem famæ hujus participem fecit, quem quoque gaudii hujus socium esse speravit. Nec sperans hac spe delusus est, quia Christianissimus pontifex gaudenti vere congavisus est, statimque divinam intendens miserationem, festive alludit ad pastoris nomen dicens : « Ne nobis vilescat abjecta » persona pastoris, cum primum pastoribus ipsa » nativitas effulserit Salvatoris. » Idem etiam plenus oculis ante et retro, prorsus nihil fidei habuit diabolo, quod se etiam quandoque in angelum lucis solet transformare. Idcirco elegit consilium, iterum pro eadem re consulendum esse Dominum : quippe ut secundum exponeret indicium, a quo prima jussio cepisset initium.

Badurado
pandit,
o

46 Cui beatus Mainulfus præbens assensum, petiit pastore duce prædictum locum, ibique solus cum solo pernoctans, nec somnum oculis, nec quietem dedit labiis : sed membra cum anima ad orationem divinam erudit, ideoque inter orandum præscriptam pastoris visionem ex integro vidit. Vidit, visamque pontifici retulit. Qui pontifex visionem numero trinum Conditoris nomen cupiens æquare, suasit ei tertio visionum fidem exploratum ire. Ille autem obedientiam plus Domino placere sciens quam victimam, lætus ivit, sed lætior rediit, quia tertia visio redeuntis comes fuit. Hic vero pontifici solemniter accessit exultatio. Secure enim scivit, nihil illusionis huc posse subreperere, ubi sancta Trinitas jussionis fidem fecit sui similitudine. Namque ut Deus trinus est in personis, unus vero in majestate;

sibi que deinde
semel ac ite-
rum oblata
eductus,

AUCTORE
SIGEWARDO.

monasterii
condendi
facultatem
petit.

p

q

reliquias in
novo templo
collocandas
divinitus in-
venit.

B

nova caelesti
visione

C

r

recreatur:

majestate; sic hæc visio trinitatem numero, unitatem confessa est in re: certe una eademque res, uno eodemque modo ter apparuit.

47 His ita peractis, B. Meinulfus, simulque episcopus, ad fidem visionis divinitus incitati, cedere tamen decreverunt regiæ auctoritati, humiliter adimplentes illud præceptum: «Sub» jecti estote omni humanæ creaturæ propter » Deum p. » Sciebant enim, quia in vitium culpæ ducit fuga, si caret arte. Nam si monasterium hoc regis injussu construeretur, forte aliquibus suspicio nasceretur, quod hi non essent legitimi monasteriorum constructores, qui vicarii Dei, id est, regis, fierent contemptores. Quod ne fieret, B. Mainulfus cartam testamenti ab imperatore rogavit, quam rogatam ipsius videlicet regis annulo insignitam accepit, acceptamque secum revexit q. Attulit etiam secum aliud multo præstantius donum, quod sine periculo licet confiteri, donum fuisse Regis sempiterni.

48 Namque revertenti quidam familiarium ejus capsam obtulit, quam ipse inter arbusta, non forte, sed divinitus pendente invenit. Quam velut ab ipsius Dei manibus acceptam, Vir Dei veneratus est: quia cum multum quæreret, et nullum tamen ejusdem capse dominum inveniret, cognovit, quod ipse Dominus dominantium tale Servo suo contulisset beneficium. O donum nobile, datoris pietati acceptorisque voto consimile! Ita, quid Deo Sanctisque templum construere voluit, qui ad hujus supplementum gratius aptiusve acciperet a Sancto sanctorum, quam reliquias Sanctorum? Harum vero tam pretiosum, tamque copiosum reperit in capsâ thesaurum, quantum eloquentia nostra exprimere non sufficit, quia et hoc vires et personam nostram excedit. Hic jam ad construendum Deo templum confidentius exarsit, quia tale divini supplementi pignus accepit.

49 Inter hæc divinæ aspirationis indicia B. Mainulfus, prædicti loci coactus amore, perrexit, eundem locum videre: quia quod instanter concupiscit animus, hoc ad satietatem videre non valet oculus. Cumque pervenisset ad locum, invenit iterum quoddam divinæ revelationis memorabile sacramentum. Vidit enim præstanti corpore cervum, membra quidem prostratum, sed cornua in sublime arrectum, utpote sic præstolantem Viri adventum. Qui viso Dei Homine, quodammodo indicavit, sibi non licere in adventum ejus accubare: sed se festinanter erexit, et quasi per orationem suam adveniienti Sancto surrexit. Sanctus autem, visa tam terribili bestia, nequaquam perterritus, aut ob hoc mente fuit minus valida, quia justum et tenacem propositi virum nullus terror mente quatit solida: quocirca propius accessit, ut ex fine rei ortum didicit r.

20 Cumque alterutrum occurrentes jam cominus obvii essent, iterum cervus præconium sancti Viri confessus est, humiliter se prosternendo, cui prius surrexit sese erigendo. Ille vero hunc novum bruti animalis gestum nulli rei, nisi divinæ clementiæ adscripsit: ideoque dum rei ordinem acutius advertere studuit, ecce vidit inter cornua cervi Dominicæ crucis signum splendere, cujus splendore omnem auri decorem visus est superare. Bonus autem Miles optimi Imperatoris, cognito vexillo Domini sui, simul cognovit Dominum suum præsto esse in auxilium sibi, lætitiæque cordis voce pronuntiaverat oris, dicens: « Jam mihi certa spes

» promittit fore, ut ille, qui quondam, eodem » armatus vexillo, inferni claustra destruxerat, » hujus loci protector contra diabolicas vires » exurgat. »

21 Voce hac finita cervum non viderat ultra s. O quam consequentibus signis Christus suo prælocutus est Militi, quæ post hæc oportuit fieri! Namque ut in præscripta visione, famulas Dei præfiguraverant cervæ; ita hic per cervum, qui apparuit solus, potest accipi ipse famularum suarum custos Christus, cui soli, sponso videlicet nobilissimo, debent adherere sacræ virgines ibidem collectæ. Invenit etiam beatus Meinulfus bæculum in eodem loco, quo viderat cubantem cervum; qui locus nunc principale ejusdem monasterii continet altare, quod bene præfiguratum est in ligneo signo, quia ipse Christus, qui altari præsidet, regnavit a ligno. Hic quoque omnem moram construendi monasterii sanctus Vir abdidit, quia ei negotio proximum diem addidit.

22 Hic vero amica studiorum concertatio viriliter insudabat operi divino: passim arbores cædebant, nulli veprium vel arbustorum parcebant: pars grandia trudent obnix pondera humeris; pars agmina cogunt, castigatque moras: ipse vero usquequaque libram adhibuit discretionis, operumque laborem partibus æquabat justis. Vetus enim inde cultus defecit, videlicet ad veteris hominis destructionem, novumque opus surrexit ad novi hominis honorem. Et beatus Vir laborem illum credidit requiem, dummodo inceptum ad summam perduceret nobilem. Quia enim laboravit instanter, inceptum absolvere meruit eleganter. Absoluto autem opere, templum, quod construxerat, constructum Deo ejusque Genitrici 6 Idus Novembris dedicari fecerat. Quo dedicato, collegit illo sacrarum virginum t non modicum gregem; quem Deus usque ad terminum mundi sibi custodiat fidelem.

23 Cumque grex ille dominicus angelicam vitam ageret in terris, antiquus hostis callide intervenit. Igitur suo nequaquam officio fungeretur, si Dei famulabus nusquam adversaretur. Primo quidem castitatis sigillum eis cupiens abrumpere, nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat arte locum, variisque assultibus irritus urget; eo quod eis ipse Christus a facie inimici turris fortitudinis existeret. Sed quia non valuit intrinsecus, ille non esset hostis, si non aliqua nocuisset vel extrinsecus. Nam quædam ex ancillis Dei frigore depressa, spe recreandi, quandam monasterio contiguam domum est ingressa; in quam cum ad ignem expedito animo disposita fuisset; accidit, ut ignis omne velamen capitis ejus consumpsisset.

24 Nam illa muliebri more officio pectinis sordes impugnabat capitis: consumpto enim velamine, jussit eam census brevis lacrimas effundere: sed lacrimanti Deus ad honorem servi sui Mainulfi solatium voluit impendere. Moxque per ipsius donum B. Meinulfus eandem intraverat domum. In tanti enim Viri præsentia nihil habuit juris inutilis mœstitia. Nam ut proximorum compassio ei inremota comes fuit, cognita re, dolentis dolorem ægre tulit, obtectusque faciem manibus, Christum puris interpellabat precibus, statimque, illo rei seriè diligentius exquirente, allatæ sunt ei consumpti velaminis fimbriæ, videlicet ignis inutilis reliquæ, ostensusque est ei ille locus flammæ, quæ preemprix fuit vestis interemptæ.

25 Hic

D

quid hæc præ-
figuravit.

s

Monasterium
condit.

E

velamen san-
ctimonialis

F

combustum

integritati
prodigiöse
restituit,
u

A 25 Hic subito pro dolore ingens stupor gaudiumque exortum est, dum vestis, de qua recipienda etiam spes omnis abiit, integra de medio ignis rediit u. O miraculum merito admirandum, et, nisi apud electissimos, inauditum! Sed hujus excellentia signi Deus palam fecit quod hic Athleta suus etiam aliis signis fulserit. Ille autem non signa, quæ cum reprobis electi communia habent, sed virtutes coluit, quibus reprobi funditus carent. Neque enim idem signum, cuius nuper mentionem fecimus, quicquam superbæ addidit ejus venerabili conscientia, quin immo de meritis ejus testimonium perhibet Ecclesiæ. Signa enim non merentur perenne præmium, sed virtus recludens immeritis mori cælum, negata tentat iter via, cætusque vulgares et udam spernit humum fugiente penna.

diemque ex-
tremum Bu-
dicæ claudit.

26 Postquam Rex regum Militi suo gloriosas contra antiquum serpentem concessit victorias, noluit eum ultra extollere fortuna bellorum; sed maluit ei pariter conferre et præmium et finem laborum. Id ipsum quoque ipse Miles emeritis sitiēbat ardentissime, ipse quidem et ætate maturus, et virtute dignissimus, cælestis capitoli assidere senatoribus. Cumque et Domini et Servi velle concordaret familiariter, sicut huic Domino velle, posse et esse est unum, 3 Non. Novemb. x, ut voluit, transtulit ad se Servum suum, qui de terris ad cælos translatus, in monasterio, quod ipse construxerat, terreum corpus cognatæ terræ liquerat y, quod ille felix pro pondere deposuit infimo, sed nos illud jure amplectimur pro venerabili pretio. Nam signorum indicio jugiter patuit, immo patet hodie, quia hoc Deo sit acceptabile.

27 Patet, inquam, sed multo liquidius pateret, si quis hoc, sicuti est, exponere valeret, quantum evasisset inferni periculum, quantumve nunc in regno Dei sui possideat præmium. Sed quoniam Deus se diligentibus præparavit, quod nec, oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit; sufficiat terrenis animalibus de regno illo hoc solum effari, contemplari et credere, quod ibi sit gaudium ineffabile: de cæteris quidem necesse est taceri, quæ impossibile est scire. Nos autem etsi voluntatem nostram præpedit ingenii vena pauper et maligna, cogit tamen voluntas dives et benigna, ut stilo memoriæque tradamus, si quid plus ad notitiam nostram pervenit ex miraculis Viri hujus. Sed ea, quæ per ipsum hoc corpore indutum Deus operari dignatus est, hic terminamus; ad ea vero, quæ post sepulturam ejus Dominus per eum ostendit, transire paramus.

Biographi in
hoc observa-
tio.

ANNOTATA.

a Antiquam videlicet, quæ quem terrarum tractum in Germania incoluerit, in Opere nostro tom. II Octobris, pag. 180 et seq. exponitur.

b Carolus Magnus in subigenda atque ad fidem adducenda Saxonum gente ab anno 772 ad annum usque 801 laboravit, ut tempus Sancti natalis lato dumtaxat modo Sigewardus hic definiat; nos id in Comment. prævio num. 31 et seq. ad annum circiter 793 referimus.

c De nobili Sancti genere vide Com. præv. § 2. d Browerus legit Conservare; verum nostra lectio præstare videtur.

e Stuprum Wictrudi viduæ, S. Meinulphi matri, a defuncti mariti fratre illatum, silentio

pressit Gobelinus in Vita; quod, cum rem nihilominus in Cosmodromio Ætate 6, cap. 40 commemoret, idcirco forsitan fecerit, quod ad res, a Sancto gestas, nihil omnino faceret.

f Cum S. Meinulphi Baptismus (Adi Comment. prævium num. 36) ac proin matris ejus ad Carolum Magnum accessus anno circiter 797 acciderit, tuncque is princeps imperator nondum fuerit, hoc titulo haud dubie per prolepsin, historicis non raro usurpatam, a Sigewardo hic insignitur.

g In Hardeshusano nostro apographo dumtaxat legitur ad regis cohortem, poniturque in margine, id est, curtim.

h Nominis Wigthrud, pro quo alii Wichtrud aut etiam Wigtrud, significationem aliquam inesse, Sigewardus hic indicat. Apud Anglo-Saxones, quorum, et antiquorum Saxonum lingua multum affinitatis habuit, Wiga olim, ut Camdenus in sua Britannia pag. 400 docet, heroinam; Rad vero, aut etiam pro dialectorum varietate (ex hac forte dictum quoque alicubi fuerit Rud) Red et Rod consilium significabat. Quid si igitur Wigtrud hic sonet prudentem heroinam? Certe interpretatio hæc præferenda videtur alteri, quæ apud Budicensem chronistam pag. 50 occurrit.

i Aut versus aut versus partes e diversis poetis orationi, uti hic, ita etiam alibi subinde interserit Sigewardus; verum, quos singuli, quos affert textus, poetas habeant auctores, et quo quique apud hosce inveniantur loco, assignare operæ pretium non duco.

k Baduradus ante annum 815 Paderbornensium episcopus creatus non est, ac proin, cum abs illo Canonicis Paderbornensibus Sanctus fuerit adscriptus, hic illud vitæ institutum ante eundem annum non suscepit. Hinc etiam liquet, a Badurado jam episcopo Meinulphum adhuc puerum, utpote qui anno circiter 793 natus esset, litteris excultum non fuisse. Adi Commentarii prævii num. 38 et binos seqq.

l Ita fere Matthæi 8, v. 20 et Lucae 9, v. 58.

m Sic etiam apographum Hardeshusanum; sed in margine additur, forte legendum dispensatoris.

n Est scilicet Sanctus sepulcrum adeptus in monasterio Budicensi, cui ædificando locus visione hic memorata fuerit ostensus.

o Ne hinc inferas, Meinulphum sacris operatum esse, ac proin sacerdotio fuisse initiatum: hæc enim verba, Christo sacrificium laudis immolare cœpit, significare possunt, imo vero cum ex iis, quæ in Annot. ad Prologum 2 et in Commentario dicta sunt, in diaconatu Sanctus tota vita manserit, reipsa dumtaxat hic significant, Christo gratias agere aut laudes dicere cœpit. Sic apud nos tom. II Januarii pag. 1157 in Vita S. Thiadildis virginis post cælestem, qua locus monasterio Freckenhorstensi ædificando divinitus fuerit ostensus, visionem narratam num. 4 dicitur, hac audita, B. Ewerwordus, illius fundator, qui tamen, utpote matrimonio tunc junctus, sacerdos non erat, Deo immolans sacrificium laudis rem tacitus considerasse.

p Epistola Petri 1, cap. 2, v. 13.

q Diploma, cartam testamenti a biographo hic appellatum, quo Meinulpho condendi monasterii facultas fuit concessa, a Ludovico Pio Sanctus petiit et obtinuit. Videsis Commentarium prævium num. 71.

r Ni legendum sit disceret, quid sibi velint ultima hæc verba, haud satis intelligo.

s Quid de visione hac aliæque ter repetita, qua

AUCTORE
SIGEWARDO.

E

F

Sanctus

AUCTORE
SIGEWARDO.

Sanctus locum edificando monasterio didicerit, itemque de miraculo, quo sacras Sanctorum reliquias divinitus acceperit, censendum appareat, in Commentario prævio num. 66 et hinc seqq. editi.

† Cujus instituti hæ fuerint, in Comment. præv. num. 80 et quatuor seqq. discussum est.

u Velamen hoc integrum cum ignis vestigio sæculo præterito Budicæ adhuc vidit Gamansius noster. Adi comment. præv. num. 118.

x Novembris pro Octobris perperam hic poni, in apographo nostro Hardeshusano ad marginem notatur, et recte quidem, uti ex iis, quæ in Comment. prævio num. 89 disputata sunt, apparet.

y Hinc collige, Sanctum et obisse et sepultum esse in Budicensi monasterio, cujus, ut apparet, sanctimonialibus cohabitatur præfueratque.

CAPUT II.

Miracula post obitum, corporis de tumultu levatio.

B
Sanctus, ad
cujus tumu-
lum magnus
fit populi con-
cursus,

Sepulto igitur beati Viri corpore, cæperunt ad sepulcrum ejus ubertim pauperes Christi confluere, tam exciti fama præteritorum miraculorum, quam accensi spe futurorum. Pars quidem adveniebant sanitatem deprecari corporum, pars vero requiem animarum, tantum quod cujusque voluntates optavit beneficium, pro hoc impetrando, B. Mainulfum precatorem misit Domino: nec quisquam, Deo gratias, frustra se orasse ploravit, si modo orans in corde suo non hæsitavit. Quo factum est, ut et indigenæ et advenæ beati Viri sepulcrum colerent honorifice; nec non ipsæ sanctimonialia, ob Sepulti amorem, vigilantiter satagentes circa sepulcri honorem, pro rei suæ modulo adornabant illud velamine lineo. Elegerunt etiam quandam bonæ intentionis famulam, specialiter ei imponentes sepulcri custodiam a, a quo illa non recedebat, quantum corporis infirmi lex annuebat. Quam quadam nocte, postquam orando vigilandoque plurimum noctis exegerat, ut exercitatum corpus solet, libido somni devicerat. Cui devicta obtemperans, concessit membris somni necessarium requiem; sed requies transiit in sollicitudinem.

a
pannum li-
neum ab igne
serreat illæ-
sum,

29 Evigilanti namque de somno venit ad memoriam subito, quia, dum illi sopor imminabat, supra velum sepulcri candelam ardentem dereliquerat. Attonito enim animo surrexit, sub magna festinatione ad sepulcrum perrexit; et inter eundem magnum super oblivione sua mæroris sustinuit tormentum. Sed, ubi pervenit, Dei clementiam consolatricem invenit. Nam ardor finem fecit candelæ, prorsus tamen cessans a panni lætione: quia candelæ, ardendi causa Deo oblata, parcere non ausus est; panno autem ad servandum congruo ignoscere jussus est. O gloriosus Deus in Sanctis suis! qui patenter exponit dignitatem hujus sui Militis, ad cujus defuncti reliquias hoc tam nobile signum iterato proferre voluit, quod per ipsum corpore viventem antea protulit b.

b
famulum olim
suum, semel,
iterum,

30 Sed hoc signum aliud non inferius sequabatur, per quod quidam ad salutem intrare compellebatur: apparuit namque Vir beatus biculario suo in visione, erudiens eum amica irradiatione, ut mundo pompisque ejus abre-

nuntiaret, et ad æterni Regis militiam transmigraret. Ille autem ipsam visionem pro illusionem habuit, nedum fecisset, quod per visionem didicit. Sed Sanctus, hominis condescendens infirmitati, iterum apparuit ei, ut repetita admonitio fieret ei veræ visionis expositio. Ille autem nec adhuc visioni habuit fidem.

31 Sed Sanctus Dei nondum cessans a salute viri, geminis visionibus tertiam addidit, ejusque duritiam hac voce corripuit: « Nescis, » miser, nescis, quam crudelis captor tuæ captivæ præsidet menti; qui te et mittenti Christo, » et mihi misso, cogit reluctari. Certe cum » male vivendo desperes, nec desipere sponte » desisteres, monuit te revelatio divina, ut vel » admonitus respisceres. Tu autem, stulte, » perniciose illuderis, qui revelationem veram » pro illusionem accipis: nulli enim credentium » dubium est, quin illa visio expertus sit illusionis, » quæ invitatrix est Christianæ religionis; quam » que si a quolibet vigilans audivisses, negligere » nequaquam debuisses. Nunc ergo cum te » corrigere nequeant verba, jam vertenda sunt » in opera. Nam visionem divinam, quam te » dissimulas intelligere, expediam tibi planis- » sima expositione, quæ animum tuum dubio » exuat, cunctisque te videntibus plenam certi- » tudinem pariat. »

32 Hæc dixit, et mox dicta probavit. Vir namque de somno excussus, faciem persensit barba viduatam, barbamque cominus invenit divulsam. Postea vero non illa nocte quicquam loci in eo somnus habuit, sed pro somno cum stupor, pudor et dolor oppressit. Quid faceret? cujus animus in amaritudine fuit, nec tamen cum quo hæc ventilaret, familiarem habuit: familiares quidem potuit plures habere, sed ipse mallet omnibus ignotus, quam notus esse. Tandem eligens sibi unum, quod tamen actu erat opportunum, videlicet, ut necessitatem verteret in voluntatem, quam citissime occurrit ad ecclesiam, ibique per S. Mainulfum mirifice Dei consecutus est misericordiam.

33 Nam cum matutine laudis principium presbyter exordiretur, dicens: « Domine labia mea aperies, » iste, qui prius litteras non didicit, excepit, dicens: « Et os meum annuntia- » bit laudem tuam. » Quam bene iste inscius se Domini laudes annuntiatum esse promisit! quia non solum ille, verum omnes hujus rei cognitores, pro eadem re Domini debent esse laudatores. Est namque unum de præcipuis miraculis, ut, qui se lecto collocavit laicum, sese erexit canonicum; neque enim, si omnem illam noctem insomnem duceret, tamen notari posset de otio, quandoquidem cum hujusmodi procederet negotio. Nempe B. Mainulfus servum suum ad professionem canonicam barba nollet destituere, nisi ad canonicum usum gratius ei vellet pretium restituere c.

34 Jamque his exactis miraculis, non longa fuit mediæ mora temporis, cum iterum revelante gratia Dei manifestius patuit dignitas B. Mainulphi. Temporibus quidem Arnulphi regis d, Bisonisque Patherbrunnensis episcopi, die quadam diacono Evangelium recitante, inter recitandum, lapis, beati Viri sepulcro superpositus, ad instar crucis divisus intonuit, præsentibusque cunctis validum stuporem incussit. Cumque eos iste concuteret stupor, ecce alius subsecutus est major: quia mox inter Dominici Corporis Sanguinisque immolationem lapis, nuper quadrifariam disper-

D

ac tertio ei
apparens,

E

ad meliorem
frugem

addueit,

F

c
cumque lapis
ejus sepulcra-
lis,

d

A titus, in innumerabiles particulas dissipatur. Lapis quidem iste bonus beato Viro testis erat juxta suum posse; cujus dum potestatis non erat laudare per sermonem, laudabat autem per disruptionis vocem.

subsidente etiam, quae loculum legebat, terra,

34 Nec etiam ipsi terrae, hujus Viri laudes fas fuit reticere. Resoluta enim in superficie sepulcri, deorsum subsedit more mirabili, ejusque sepulcrum esse destitit, cujus loculum libere spectandum praebuit. Hinc patet, quam reverendus iste sit substantiis rationalibus, cujus sic praeconium confessa est irrationalis tellus. Confessa est enim, ne sibi licitum foret hoc corpus suis occultare latibulis, quod multo rectius coleretur in altaribus sacris. Praeterea cum scissura petrae casuque terrae tanta jucunditas exorta est suavissimi odoris, ut non vana fides sit, affuisse sibi auctorem suavitatis. Hic vere Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

secundo dissilisset,

36 Certantes enim diu, quid hoc signum portenderet, elegerunt tandem episcopo Bisionem hanc palificare, quatenus ille eos componeret, dijudicata lite. Ille autem edixit fracturam sepulcri redintegratum iri. Ex ejus edicto sepulcrum reparatum iterum, paulo post est ex divino jussu dissipatum. Quod cum comperit foret episcopo, ille superius edictum iteravit, ejusque edicto populus iterum obtemperavit. Sed in hoc episcopus non notandus est dementia: rectius quidem divinitatis adscribitur providentia, quae ideo eos aliquantulum dubitare permisit, ut per efficacius signum, et ab illis et nobis omne dubium absterserit.

aliudque miraculum accessisset,

37 Igitur in eodem tempore B. Mainulfus Mainardum quemdam presbyterum e admonuit in visione, quatenus pontificem incusaret super sua transgressione: presbyter autem divinae admonitioni timorem praeprensens episcopi, nusquam tulit pedem. Sed Vir Dei, iterum secundo, sicut prius, presbyterum admonuit; presbyterum autem, sicut prius, iterum timor prohibuit. Tandem et tertio ei apparuit, ejusque mollitiem et socordiam accusavit. Et quia eum aeternae voluit ultioni eripere, noluit dilectum ejus hic impunitum dimittere: sed minatus est ei apertis oculis absentiam videndi, ejusque reliquit arbitrio, an mallet caecus vivere, an legationem absolvere. Qui expergefactus, nimis agre tulit, quod imago somniorum nihil ei mentita fuit.

a Bisione episcopo, ita ad illi monito, de terra levatur.

38 Tamen quia caecitas ei inimica familiaris fuit, nequaquam iter distulit: sed, ductore advocato et reliquo itineris supplemento parato, iter expedit, comite scilicet ductore, baculo et caecitate, quod prius per se sine omni posset molestia consummare. Igitur, quae acciderant ei, narravit omnia pontifici, nec verba ejus eguerunt artificio, quibus ipsa caecitas probabilis erat expositio. Ad haec pontifex vehementer expavescebat, timuit periculum vitae suae, quia et ipse sibi conscivit super eadem transgressione. Quapropter festinans errata officii superare sedulis, sepulcrum sancti Viri adiit humilis. Ibi quoque sacrum corpus de sepulcro transtulit, translatumque in eadem ecclesia reverenter collocavit. In translatione autem beati corporis de sepulcro rediit adempta oculorum sanitas presbytero /. In quo laudanda est clementia multiplex optimi Domini per merita et orationem Militis egregii, qui corporali verbere plagam recidit futuram animae; et tamen eidem

verberi corporis celerem exitum concessit medicus utilis.

AUCTOR SIGEWARDO.

39 Multa quidem et alia fecit Jesus prope has reliquias miracula, inter quae censemus hoc dici et audiri dignum, quod jam nunc referre volumus in medium. Igitur aquam, qua pontificis jussione sacra latae sunt reliquiae, in bonam spem reservabant Dei famulae, non in vanum credentes eam dignam reservatione, quia, quae salutare corpus lavando tetigerat, salutari tactu carere non poterat. Certe, quia fides earum bona, simplex et prudens fuit, fides bona ad bonum opus ascendere meruit. Nam mulier quaedam paralytica, longo scilicet tempore omni membrorum officio destituta, cognitis beati Viri miraculis, rogavit a parentibus suis, ut ad praedictam portata perveniret ecclesiam, quod ibi divinam per S. Mainulfi merita experiri vellet misericordiam. Denique rogavit, nec non rogando impetravit.

Aqua, qua Sancti reliquiae lotae erant,

40 Quod cum comperit foret famulabus Dei, statim plene fuerant bonae spei, nihil penitus haesitantes in corde suo, super divinae miserationis auxilio: praesertim, quia ipsa mulier, quae spe curationis advenerat, constantis fidei in Domino fuerat. Didicerant enim ex doctrina Evangelii, quia omnia possibilia sunt credenti. Itaque mulieris paralyticae semivivum corpus praedicta salutari aqua perunxerunt, perunctumque Christo per merita S. Mainulfi commendaverunt. Sed ille, quia in se sperantes deserere non novit, nec harum fidem deseruit. Nam infra paucos dies mulier ex illa acerrima corporis attritione convalevit, et ad tantam valetudinem refloruit, ut nec aliquid infirmitatis signum in ea remanserit.

mulier paralytica sanatur,

E

41 Nec nos patimur, sanctam Ecclesiam clam esse, qualiter ibidem Deus cuidam alteri succurreret feminae, quae laborabat peste immensa et miserabili, et ideo major est majestas miraculi. Morbus enim, cui medicinalis auctoritas canceri vulnus vocabulum indidit, dexteram ejus mamillam mordaciter contrivit, et post grandaeam contritionem funditus exedit. Qua exesa, obsedit etiam carnis contigua loca: usque adeo vis ejus praevalevit, ut etiam superficiem costarum destitisset tegmine carni. Eminent hoc quidem satis per se, nec eget expositione, si haec esset in gravi amaritudine cordis, quam sic exasperabat dolor corporis. Nam etiam fertur, ut ipsa aperte profiteretur, se malle mori, quam tanto superesse dolori.

atque a cancro

F

42 Tandem, cum divina miseratio compati voluit ancillae suae morbo, inspiravit in ejus mentem hanc cogitationem: ut, quod apud homines est impossibile, apud Deum crederet esse possibile. Hac vivificata spe, decrevit Dominum per S. Mainulfi merita invocare, tendens statim ad reliquias sancti Viri, offerensque secum, quod dedit penuria census exigui, videlicet candelam ad sui vulneris instar formatam. Ibi quoque, sicut prius mente disposuit, Domino sanctoque Mainulfo preces direxit. Sed Dominus omnipotens, cor contritum et humiliatum non despiciens, noluit roganti renuere auxilium, utpote astrictus per Militis sui meritum. Illa quidem rediit, sed redeunti Christus celeriter exposuit, quod sibi gratum precatorem transmisserit.

cum candelam ad Sancti reliquias obtulisset,

43 Nam mox insequenti die cepit in superficie vulneris novella cutis reviviscere: et, ut breve sit, quod dicimus, infra septem dies in tantam

curatur.

AUCTORE
SIGEWARDO.

tantam sanitatem transit vulnus, ut mamilla pectori resurgeret ad integrum, cuius nec dolor aliquod ibi reliquerat vestigium. Hoc quidem admodum est dictum mirabile, sed tamen sanis mentibus est credibile, quia Christus mirabilis in Sanctis suis falso diceretur, si in eis nulla mirabilia operaretur. Ipse quidem per servi sui Mainulfi merita plurima fecit et facit miracula; quorum quaedam superstes lingua famæ annuntiabat nobis, quaedam vero taciturnitas invida sepulcro condidit oblivionis.

Potestatem
plura patran-
di

44 Plura etiam signa B. Mainulfus potestate habuit, quæ actu minime protulit. Potestatem autem modo non dixi secundum dialecticam, sed iuxta vocem Domini, dicentis: quod omnia possibilia sint credenti *g*. Si Beatus Domino indubitanter credit, quilibet agendi potestatem habuit: atqui credidit, potestatem igitur quilibet agendi habuit. Domino enim indubitanter credere, est mandata ejus fideliter adimplere; consequens est, ut hic Domino videatur adherere. Qui autem adhaeret Domino, unus spiritus efficitur. Semper enim desideravit, desideratumque promeruit B. Mainulfus, ut cum Creatore efficeretur unus spiritus; sed Creatori aliquid esse impossibile, nemo vel insanus præsumit credere.

miracula
Sanctus ha-
buit.

45 Hic vero ordinatim consequitur, ut hujus possibilitatis non careat participio, qui unus spiritus fieri meretur cum Domino. Quapropter si B. Mainulfus unus spiritus cum Domino fieri promeruit, signa etiam operari potuit: sed meruit unus spiritus cum Domino fieri: potuit igitur signa operari. Cujus conclusionis necessitas nobis discutit aperte, ut non egeat questione, si vel pauca, vel omnino nulla signa fecerit, dummodo ei signorum potestas non abfuit. Et profectui quidem animæ nostræ salubrius esset merita ejus, moresque et virtutes, quam signa cognoscere, ad quarum videlicet exemplar formaremus modum et ordinem vitæ nostræ.

Cur aliquot,
quæ fecit, scire
nos Deus vo-
luerit.

46 Sed quia meritis ejus, carnaliter viventis, nos presentes interesse non contigit, ecce autem divina providentia aliqua de signis ejus notitiæ nostræ contulit, quatenus signorum certitudo nobis exponeret, quod magna vitæ puritas, sanctaque actuum castimonia præcederet. Nunc igitur pollicetur nobis certa spes divinæ miserationis, ut per eum animarum nostrarum medeatur languoribus, per quem vires restituit tot languidis corporibus. Quod ipse B. Mainulfi precibus dignetur annuere, qui ipse B. Mainulfo principium fuit et finis victoriæ, victorique contulit bravium infinite gloriæ, qui regnandi nec initium habet nec finem. Ipse

Principium, vector, dux, semita, terminus idem.

ANNOTATA.

a Canonissæ, non famulæ, sepulcri Sancti custodiam demandatam scribit Gobelinus in Vita num. 21; sed Sigewardo standum.

b Alluditur ad combustum sanctimonialis pepulum, integritati a Sancto adhuc vivente restitutum.

c Hanc ter repetitam, qua S. Mainulfus, famulum olim suum a prava vita retraxerit, apparitionem, hujusque adjuncta prudentis lectoris judicio relinquo.

d Hinc consequens est, ut Sancti de tumulo

levatio miraculaque hanc proxime prægressa, quæ hic subduntur, inter annum 887 et annum 896 verosimiliter evenerint. Adi Commentarii præv. num. 93.

e Attelensis vici, a cænobio Budicensi haud multum remoti, parochum hunc facit Gobelinus in Vita num. 27.

f De hoc atisque miraculis, Sancti de terra levationem aut comitatis aut proxime prægressis, videsis Comment. præv. num. 91 et seq.

g Marci 9, v. 22.

VITA ALTERA,

Auctore Gobelino Persona,

E Budicensis cænobii Passionali pergameno Ms. insigni cum P. Georgii E Garnefelt Carthusiani apographo collata.

PROLOGUS.

Dum super flumina Babilonis Paderfontanæ sedimus et flevimus et in salicibus ejus suspendimus organa nostra, sonus organi inter novellas olivarum, pro salicibus plantatas, noviter tunc suspensi, per quod Spiritus Sanctus operatus est, honor, videlicet beati Meinulphi, confessoris Christi, reviviscens interiorum cordis mei pulsavit auditum. Unde scintilla spiritus illius, qui Zachariam et Achæum ad exhortationem reedificantium templum Domini quondam inflammavit, mente succensus, præfatis novellis olivarum fratribus, videlicet canonicis Regularibus, in villa Bodeken, ad reformandam ecclesiam illam, qua corpus prædicti Sancti requiescit, vix institutis lætos obsequia exhortationis impendi a.

Auctor scri-
ptionis cau-
sam,

2 Et ut multi gratiæ Spiritus illius possint esse participes, qui una mecum in chordis et organo Dominam laudent, ex diversis scripturis antiquis et ex rerum gestarum mihi cognitarum occursu ad laudem Dei, sancti Meinulphi honorem et ad ædificationem proximi de vita et miraculis istius Sancti, nec non gestis aliis, ad hæc infrascripta opportunis collegi. Et, si pro dicendorum intellectu pleniori ad longe superiora tempora pro primo recurrendo digredior, lector meus curiositati non imputet, sed affectui pronuntiandi magnificentiam gloriæ regni, de quo scriptum est: Regnum tuum, regnum omnium sæculorum b, magis adscribat.

F
a
et unde, quæ
scribit, hau-
serit, exponit.

ANNOTATA.

a Hinc apparet, Gobelinum non diu admodum post canonicos Regulares in Budicense cænobium inductos Sancti Vitæ scribendæ manum admoisse.

b Psalm. 144, v. 43.

PRO-

ANNOTATA.

AUCTORE
GOBELINO
PERSONA.

PROLOGUS ALTER.

Qui e Macedo-
nibus

Postquam Alexander Philippi Macedo, qui primus regnavit in Græcia, percusso Dario rege Persarum, contra regem Indorum Porum prope- ravit ad bellum, inter Riphæos montes circa mare Caspium exercitus sui partem, ex Macedonibus collectam, ad illius patriæ custodiam collocavit. Cumque, subactis Indis et reversus Babiloniam, veneno interit, Macedones tunc circa montem, Saxum Marpesiæ a quodam duce Amazonici exercitus nominatum, com- morantes, mortem ejus cognoscentes, animis conturbati, in Macedoniam per terram se posse reverti, propter odium gentium, quas bellis attriverant, plurimum desperabant. Quapro- pter, præparatis navibus, in Caspium mare se mittentes, per vastitatem Septentrionalis Oceani sedes sibi quærendo diu navigabant, ex quibus tandem post multa pericula maris naves viginti quatuor ad ostia Albiæ fluvii in loco, qui Hadelon, Latino quidem sermone, nunc terra Hadelaria, Bremensis diœcesis dicitur, appli- caverunt ad terram.

Saxones uti
* Garnefelt
Saxo

4 Et ex illis Macedonibus Saxonum sic ex loco, videlicet Saxum * Marpesiæ dicto, unde progressi fuerunt in mare, vocatorum natio disseminata refertur. Unde quidam ex eis ter- ras ibidem circa littus maris Oceani viribus occupabant, qui postea Holsassen ex sylvis et paludibus, in quibus degabant, nunc vero cor- rupto nomine Holtstein sunt appellati; alii navibus fluvium ascendentes, Thuringos tunc juxta montem Hartz versus Septentrionem dominium tenentes invaserunt, qui nomen Saxonum simpliciter obtinuerunt. Cumque hi Saxones et Thuringi mutuis se bellis, pro sedi- bus obtinendis, frequenter impeterent, tandem Thuringi, ultra montem Hartz se recipientes, Saxonibus loca dimitunt *a*. Sed quia omnes isti Saxones militaribus armis inservire con- sueverant, vix alter alterum sibi præesse sine- bat. Unde quidam ex eis latius quærendo sibi sedes flumen Wesaram transierunt, et quasi usque ad Rhenum fluvium omnes incolæ regio- nis illius, per silvas et rura dispersos, in servi- tute redegerunt.

et unde gens
Westphalica,
e qua Sanctus
ortus, nomen
traxerit.

5 Unde armorum militarium nimia pluralitas et servilis conditionis necessitas inter Wesaram et Rhenum usque ad tempora nostra perdur- ant. Et isti postea Westphali maluerunt ap- pellari, quod ea de causa dicitur accidisse. Dum Carolus Magnus, rex Romanorum et Francorum, priusquam ad imperii sublimitatem ascenderat, Saxones, sibi bello subactos, fidem Christi suscipere coegerat, ipsi, susce- ptam fidem et tandem juramento retinere promissam sæpe relinquentes, ad paganismum fuere relapsi. Unde a veris Christianis fallaces et vacillantes dicebantur. Sed quia isti inter omnes Saxones primo fidem Christi suscep- erunt, et plagam Occidentalem regionis illius tenuerant, postquam fides Christiana apud eos invaluit, ipsi in religionis insigne, quoniam ipsi primitivæ fidei in sua gente forent, lingua sua Westphelinge, quod sonat lingua Latina Occidentales vacillantes, appellari maluerunt *b*, et ab ista gente Vir iste, sanctus Meinulphus, est exortus.

b

a Fabulosa sunt, tam quæ de gentis Saxo- nicæ, quam quæ de nominis, quo hæc compella- tur, origine Gobelinus hic memorat. Et sane cum a maribus omnibus, uti modo contra Melam, Plinium aliosque nonnullos antiquos geographi omnes docent, mare Caspium ita separatum sit, ut ex eo nec ad Septentrionalem Oceanum, nec ad aliud quodevis mare navigari queat, qui Macedones, immisis in mare Caspium navibus, Oceano Septentrionali ad Albiæ fluvii ostia ap- pulsis quant? Schatenus Historiæ Westphaliæ, lib. III, pag. 172 et seq. non immerito sic scribit: Tot fabulis inspersam invenio Saxonum origi- nem, quot Francorum, tamquam et Saxonum scriptores gentis suæ decus non satis illustra- rent, nisi cum Romanis, Francis, Frisiis ceteris- que nationibus ab exteris adventitiisque pop- ulis accesserent. Primus isque antiquissimus Historiæ Saxonice scriptor Widekindus, Cor- beienensis ad Visurgim monachus, multa hic (lib. I Annalium scilicet) inquirat de origine Saxonum, quæ ne tum quidem explorata fuit, asseritque, alios eam a Danis et Normannis, alios a Macedonibus deducere; sibi vero cer- tum esse, navibus advectos Saxones in Hado- laum, quem locum Hadereliam non longe ab ostio Albi in Bremensi archiepiscopatu sta- tuunt. Undenam vero, aut cujus gentis adven- tæ fuerint, non expressit. Igitur post Widekindum alii hos primos Saxonum advenas ex Macedo- num reliquiis, qui Alexandro M. prius milita- runt, in Germaniam introducunt. Ac ne fabu- losi hi scriptores quicquam concedant iis, qui Francorum origines a Sicambriis Trojanorum reliquiis traxere, fingunt, Alexandro mortuo, Macedonas hosce, postquam alia loca spoliis exhauerant, 300 tremibus mari se commi- sisse, ex quorum naufraga classe viginti quatuor tantummodo naves in Albi delatæ, provectæ- que longius in Thuringorum fines appulerint, fugatisque incolis, terram eam ceperint in pos- sessionem. Canoræ rursus nugæ; quibus tamen persuasi Urbsbergensis abbas, Stadensis, Go- belinus, Siffridus, Furmerius, Wittius alii- que hæc somnia affirmare audent, nullo antiquitatis scriptore in medium adducto. Ita hactenus Schatenus, mox etiam subdens: Hinc alii, cum- primisque recentiores scriptorum, Goropius Becanus, Peuceus, Reineccius, Letznerus, Cisnerus, Saxones a Sacis Sassonibusve Asiæ populis ortos et in has regiones migrasse tra- dunt, nec aliud agunt, quam ut priorem fabulam nova fabula accumulent, haud secus quam qui a Saxona fluvio, in Muldaviam labente, Saxo- num nomen gentemque comminiscuntur. Credo equidem, ubi aliqua nominis similitudo se obtulit, hanc illi tanquam erraticum aeris ignem secuti sunt, nullo antiquitatum scriptore, aut vestigio certo veritatis, ut ii de- mum recte senserint, qui cum Crantzio, Con- rado Celta, Althamero, Willichio, Cluverio ceterisque Saxones gentem indigenam, id est, quæ in ipsa, quam habitat, regione a parvis initis in gentem excreverit, scripsere, quales Tacitus omnes Germaniæ populos nobis tradidit. Ad amussim fere in hisce omnibus, quæ jam recitata verba important, Ferdinandum Paderbornen- sem episcopum (adi Monumenta Paderbornensia pag. 88 et seqq.) consentientem sibi habet Scha- tenus,

tenus,

AUCTORE
GOBELINO
PERSONA.

tenus, uti etiam in nominis, quo Saxones vocantur, origine, de qua in laudata Westphaliae Historia pag. 476 postquam seipsum interrogavit, ita, paucis praemissis, respondet: Quantum conjecturae locus superest, Saxones ab oblongis cultris gladiisve, quos Sacaz dixere, quibus gens pugnabat, nomen traxere, haud secus quam a quibus Quiritibus. Haec Wittekindi vetusti Corbeiensis historici opinatio, quocum senserunt Gregorius Turonensis, Gobelinus, Engelhusius, Lipsius, Meibomius, Lindebrochius, quod et ex legibus Gothorum observatum. Diserte Viterbiensis:

Ipse brevis gladius apud illos Saxa vocatur,

Unde sibi nomen Saxo peperisse notatur.

Placet et haec mihi eorum opinio, qui Saxorum nomen ab oblongis cultris, Sachz dictis, repetiere; verum hisce Schatenus perperam hic accenset Gobelinum, uti quisque perspiciet, qui, quae scriptor iste hic et in Cosmodromio Etat. v, cap. 11 scribit, considerarit.

b Videtur et haec nominis, quo Westphali vocantur, origo, a Gobelino non tantum hic, sed et in Cosmodromio Etat. 1, cap. 3 adstructa, esse fabulosa. Certe praerplacet, quam itidem in sua Westphaliae Historia Schatenus pag. 421 tradit his verbis: Westfalos Ostfalosque a planitie camporum (Felt quippe in veteri Teutonum sermone regionis planitiam significat) nomen inditum habere, vel inde certum reputes, quod Annales Francorum in Saxonia Transalbina Osterfali et Westerfali, diversas a nostra Ostfalia et Westfalia regiones, ita compellent ad fines Danorum: illud anno Christi 808, hoc vero nomen anno Christi 813 leges. Ad hunc modum Paulus Warnefridus de gestis Longobardorum et ex eo Aimoinus. «Egressi,» inquit, «Longobardi de Rugiland, habitaverunt in campis patentibus, qui sermone barbarico » Feldt appellantur. » Quo mihi nunc errare videntur, qui Westphalorum nomen vel a Wandalis Wallisque, vel Vesta dea apud priscos Saxones culta, aut a palis terminisve regionum, vel a pullo equino, quem Valen dicitur, tanquam a gentis insigni deducunt. Ita ille, addens deinde nonnulla, quibus Crantzium, pro ultima de pullo equino opinione stantem, confutat.

CAPUT I.

Nobiles Sancti natales, patria, baptismus, vitae institutum, condendi monasterii propositum, hujus exsecutio, visiones praeviae, obitus, temporaria resuscitatio, sepultura.

Carolus Magnus, Saxoniae parte, quae nunc Westphalia dicitur, subacta,

a

Anno igitur Incarnationis Dominicae septingentesimo septuagesimo cum Carolus Magnus partem illam Saxoniae, quae pro nunc Westphalia nominatur, bello subegerat, omnes majores natu partis illius in locum Paderbonae, qui a fluvio Pader, ibi surgente, dicitur, venerunt ad eum a, solum * Wildekindo, qui fuit unus

de primoribus eorum, quem nonnulli regem, alii duces fuisse arbitrantur b, excepto. Et illi, qui venerant, fide Christiana suscepta, omnes in eodem loco baptismi Sacramentum perciperunt, cui loco rex ipse, fluvium illius a similitudine ortus Padi maximi fluvii Italiae, ex tribus fontibus in pede Alpium surgentis, Pade appellans, Paderbornae nomen indidisse creditur c, ipsumque pro sede episcopali ibidem fundanda elegit. Anno igitur tertio dehinc sequente rex Carolus ecclesiam parvam in eodem loco fundavit d, quam, quia locus iste necdum munitus exstitit, episcopo Wirtziburgensi seu Herbipolensi tunc commisit. Anno vero deinde sequente quintodecimo ipse rex quendam canonicum ecclesiae Wirtziburgensis, Hatumarum nomine, Saxonem seu Westphalum natione, in bellis prioribus obsidem prius sibi traditum, primum episcopum Paderbornensem instituit in eodem loco e. Cujus pontificatus anno quarto Leo Papa tertius, aemulorum persecutione suorum Romana fugatus ab urbe, in hunc locum ad regem venit f. Qui, magno, ut decuit, honore susceptus, sedem episcopalem ibidem Apostolica confirmavit auctoritate.

7 Illis itaque temporibus vir quidam dives nobilis, non longe ab eodem loco habitans, fide Christiana jam imbutus, viam universae carnis est ingressus g, qui uxorem Catholicam, nomine Wichtrud, et filium parvulum, aetatis quidem beneficio ad ambulandum promptum, sed nondum baptismatis renatum fonte, reliquit. Quae, opportunitate captata, Carolum regem una cum filio suo confidenter adiit, ejusque gratiam devote efflagitavit. Rex igitur, mulierem suscipiens, pietatis affectu filium ejus coram se fecit baptizari, eumque per seipsum de sacro fonte levavit, atque hoc nomen Maynulfus seu Meinulfus ei imposuit, non absque, ut arbitror, misterio singulari. Quoniam, ut in Vita sancti Hermachorae, primi episcopi Aquileiensis, legitur, beatus Marcus Evangelista, a sancto Petro ab urbe Roma missus ad Histriam pro Evangelio Christi praedicando, et per hoc, quod Ulfium, filium Ulfii principis Aquilegiae civitatis, baptizando mundavit a lepra h, ab ipso principe et majoribus civitatis illius tantam consecutus est gratiam, quod ipse fidem Christianam absque F resistencia et persecutione in eadem libere praedicavit, omnesque eos conversos ad fidem baptismatis Sacramento purgavit.

8 Rex pio concepti animo, quod per hunc Puerum, tanquam de majoribus regionis illius exortum, fides Christiana leviter *, sicut per Ulfium, spiritualem beati Marci filium, profecit Aquilegiae, foret in hac regione prefectura. Unde eum Meinulfum, id est, meum Ulfium, quasi diceret, Ille est meus Ulfius, sicut ille beati Marci fuit Ulfius, nominare volebat i. Quod autem utrumque videlicet Maynulfus et Meinulfus scriptum reperitur in libris, hac de causa constat accidisse. Nam Meum pronomen Latinum apud Bayaros seu Bavaros Mayn, et Mein apud Francos Orientales, inter quos et Westphalos sola Hassia media est, lingua vulgari dicitur, qui omnes illis temporibus sub Caroli Magni ditione fuerunt. Et cum Franci viciniore sunt Westfalibus et primus clerus Paderbornensis de Franconia, ut puta de ecclesia Wirtziburgensi seu Herbipolensi cum suo episcopo fuit assumptus, E littera in prima syllaba hujus nominis communiori mansit in usu.

D
* Garneselt
legit solo
b

c

d

e

f

E
Sanctum, cuius matrem benigne excipit, de sacro fonte levat, eique

g

h

F
Meinulfi nomen imponit, * i. e. facile

i

9

A 9 Postquam Hatumarus, primus episcopus, Paderbornensem rexit ecclesiam annis octo, decessit, et successit ei quidam de clero Wirtzburgensi, sed natione Westfalus, nomine Baduradus, qui rexit ecclesiam annis quadraginta octo, cujus octavo anno sanctus Ludgerus, primus episcopus Mimigardifordensis ecclesiae, qui nunc dicitur Monasteriensis, obiit *k*. Et sic Baduradus cathedralem ecclesiam Paderbornensem, quam Carolus Magnus inchoaverat, consummavit *l*, apud quem puer Meinulfus scholaribus disciplinis est mancipatus *m*. Cumque scientia et aetate, quantum opus exstiterat, sub disciplina scholari profecit, Baduradus episcopus ipsum fratribus praedictae ecclesiae, ut sub vita Regulari devotione proficeret et moribus, commendavit attente *n*. Ubi, aetatis maturitate succedente, profecit in tantum, quod episcopus, attendens in eo morum gravitatem et varia virtutis indicia, ipsum in secretarium suum recepit singularem *o*.

B 40 Erat quippe ingenio acutus, corpore castus, mente devotus, iustitia pollens, temperantia praeditus, providus in consilio, fortis in adversis, elemosynis largus, lingua facundus et forma decorus; tandemque ad sacros vocatus ordines, diaconatus ordinem attingit, in quo usque ad finem vitae permansit. Quod etiam episcopus iste Baduradus, cui Meinulfus sanctus contubernii sic adhaesit obsequiis, vir magnae virtutis exstiterit, illi, qui suis exstiteret temporibus, posteris hoc per scripturas suas experimentum singulare reliquerunt. Nempe post obitum ejus, ut aiunt, annis transactis viginti septem, dum sepulcrum ejus ex causa aperiri contigerat, indumenta, quibus corpus indutum traditumque sepulturae fuerat, tam sana et integra sunt inventa, ut nec quidem fimbria ex illis esset resoluta vel tacta putredine, unde de ipso pia processit opinio, quod, quia ipse per integritatem mentis et vitae puritatem vitam meruisset eternam, vestium tanto tempore humo subutarum conservatio certum praebere indicium *p*.

C 41 Quadam vice Baduradus episcopus inter caeteras sibi solitas collationes circumstantibus se quaestionem talem proposuit: Quid Christus his verbis: « Vulpes foveas habent et volucres caeli nidos, Filii autem hominis non habet, ubi » caput suum reclinet *q*, » volebat intelligi. Ad quam quidam de circumstantibus, Meinulfo praesente, respondit: « Christus, Filius hominis, cor- » dis nostri sibi quaerit habitaculum, et, peccatis » nostris obstantibus, non invenit. » Quod responsum ab episcopo [mox approbatum, sancti Meinulfi animum tanto desiderio Christum in sui cordis recipiendi hospitio vehementer accendit, ut non solum cordis sui sed etiam terrenum habitaculum, videlicet materialem ecclesiam, sibi praeparare summis animi votis optaret.

D 42 Cumque de loco * hoc apto sollicitus foret plurimum, accidit, ut subulcus ejus, dum in quadam valle patrimonii sui solito more porcorum gregem pasceret, ex improvviso splendorem mirae lucis inter arbusta videret; et, dum stupefactus, in loco, quo splendor apparuit, curiosius intendit, cervarum multitudinem, locum eundem nunc circumeuntium, nunc stantium in eo, cernebat. Subulcus itaque tam insolita visione percussus, grege relicto, dominum suum Meinulfum quaerit, et invento, quae vidit, nuntiavit. Vir igitur iste Deo devotus, his

locumque, * Garnefelt addit ad

auditis, pio concepit animo, quod per hanc subulci visionem divina gratia locum sibi, quo ecclesiam foret constructurus, indicasset. Sed quia nihil in hoc, sicut decuit, absque ipsius episcopi consilio diffinire praesumpsit, episcopum adiit *r*, et ei, quae a subulco perceptit, indicavit.

E 43 Quibus auditis, episcopus gaudio magno repletus aiebat: « Non nobis pastoris persona » vilescat, cum primum pastoribus innouit Nativitas Salvatoris nostri. » Attendens tamen, quod nonnumquam angelus sathanae in angelum lucis se transformat, adjecit: « Expediit, ut altera vice locus iste visitetur, si forte divina » clementia aliud indicium suae voluntatis indicare dignetur. » Sanctus igitur Meinulfus cum subulco locum illum adiit, et, noctis caligine terra circumfusa, dum devotis orationibus genuflexus intendit, splendorem lucis et cervarum gestus, prout subulcus ille narraverat, per omnia vidit. Qui, laudans Dei magnificentiam, ab oratione surrexit, et episcopum letus adiens, ei, quae vidit, enarravit.

F 44 Episcopus vero sibi de dono Dei congratulans, tale dedit ei responsum: « Ut omnis » excludatur ambiguitas, tertiam a Domino visionem super hac re postulare videtur opportunum. » Quare sanctus Meinulfus locum illum humiliter repetens, devotis effusis precibus, visionem, quam prius viderat, denuo vidit. Quapropter maximo repletus gaudio, regressus ad episcopum, gaudii sui fecit * esse participem, ei secundo, quod viderat, nuntiando. Ipsi igitur, mutuo sic congratulantes gaudio, summam gratias egerunt Trinitati, quae, quia una est in essentia, trina in Personis, idem mysterium trina visione sub eadem forma dignata fuerat eis revelare. Quamvis vero omnis circa loci illius electionem jam in ipsis cessavit dubietas, episcopus tamen auctoritati regiae in hoc deferendum censuit, ut nil ibidem inchoaretur operis, donec regis interveniret auctoritas.

G 45 Cumque illis temporibus Lodewicus, filius Caroli Magni, sceptris imperii Romani susceptis, in concilio provinciali, quod Aquisgrani celebrari fecerat, imperii sui anno tertio statum seu Ordinem Canoniarum, quae Seculares appellantur, tunc noviter statuerat, et bestiae solius sexus feminei in loco visionum praedictarum apparuerant, sanctus Meinulfus divinae Majestati placitum et imperatoris gratiae acceptum esse, pie praesumpsit, si in loco memorato monasterium pro hujusmodi canonissis de suis bonis et patrimonio suo fundaret, ut ibi sub custodia castitatis devotum Deo exhiberent famulatum. Accessit igitur imperatoris praesentiam, pium mentis suae pandens ei desiderium, qui, grato petitionem suam acceptans animo, literas suo signatas annulo super sui consensu gratiose concessit *f*: Meinulfus autem ab imperatore regressus, dum iter agit, novo quodam dono plurimum consolatur.

H 46 Nempe capsula quaedam, pro Sanctorum reliquiis reconducendis apta, inter arbusta prope viam pendens apparuit, quam quidam de familiaribus ejus apprehendens, illam sibi praesentavit; cumque percunctando undique, quis dominus illius esset, mandaret inquiri, et nullus, qui illam ad se spectare diceret, comparet, ipse divinae gratiae muneri illud adscribens, illam sibi a Deo transmissam pie praesumpsit, tamen eam, nisi episcopo praesente atque jubente,

AUCTORE
GOBELINO
PERSONA.

quo il faciat,

divinitus
edoctus.

* Garnefelt
addit eum

propositi ex-
sequendi fa-
cultatem ab
imperatore
impetrat,

F

idque reipso,
binis adhuc
a Deo

AUCTORE
GOBELINO
PERSONA.

jubente, aperiendam fore decrevit; unde protinus ipsam ad episcopum perduxit, qui, ea reverenter aperta, reliquias Sanctorum multas veneratione dignissimas invenit in illa, quorum tamen Sanctorum reliquiae fuerint, ad posteros deductum minime constat. Hinc ad construendum Deo templum sanctus Meinulfus confidentius exarsit, et dum, locum praedictum iterum visurus, eum consequenter solus adiit, ut capacitatem loci cum aedificiorum ibidem construendorum qualitate pensaret, aliud ei divinae aspirationis indicium patenter occurrit.

honoratus
miraculis,

17 Quoniam in eo loco, quo dudum cervas viderat motibus instabiles, cervum praestantis corporis, cornibus in altum erectis, vidit accubantem, qui, viso Viro Dei, tamquam sibi in adventu ejus accubare non licere, gestibus indicaret, se festinanter erexit. Cumque Vir Dei, tamquam confidens in Domino non territus, cervo accessit propius, iterum cervus, tamquam Viri praekonium evidentius innueret, se prostravit in terram. Ille vero hunc novum bruti animalis gestum in corde suo divinae adscribens clementiae in cervum intendit acutius. Et, ecce, inter cornua cervi videt signum Dominicae Crucis, cujus splendor visus est omnem anri fulgorem superare. Quo viso, Vir sanctus Dominum suum, cujus vexilli signo letatur adesse, cognoscens, in hujusmodi verba prorupit: « Jam mihi spes certa promittit, quod ille, qui quondam eodem vexillo inferni claustra penetravit, hujus loci protector contra diabolicos erit incursus, » et his verbis immorans cervum non viderat ultra.

executioni
mandat,

18 Hinc Vir sanctus, vocatis operariis, singulis opera distribuit, et, caesis arboribus eradictisque spinis et vepribus, locum purgavit protinus, quo purgato, fundavit ecclesiam cum suo monasterio, quod quarto Idus Novembris fecit dedicari. Multa de paternis bonis eidem loco conferebat praedia, et congregationem ibidem instituit canonissarum, quae canonissae, ut supra dictum est, appellabantur Saeculares, appellavitque locum Nien-Bödeken, quod patria lingua novum doliolum sonat, ad differentiam villae antiquae ibidem, quae Bödeken jam tunc, et ad differentiam istius postea Vetus-Bödeken dicebatur u.

u
combustum
peplum inte-
gritati resti-
tuit,

19 Postquam moniales in ipso monasterio praedicto aliquantulum in statu suo profecerunt, accidit, quod una ex eis domum quamdam monasterio vicinam pro frigoris hyemalis asperitate relaxanda introivit, cum igni se applicuit, et, denudato capite, pectine vellet suos discriminare capillos, peplum, quo caput tectum fuerat, penes se incaute deposuit, et statim illud flammis illapsum flagrare incendio vidit, quae subito manum flammis ingerens, vix fimbrias illius, residuo redacto in favillas, retraxit ab igne. Dum vero alio velamine, quo caput teget, caruit, lacrymosa lamenta produxit; Vir sanctus iste non casu, sed divina disponente providentia, domum eandem ingressus est. Et videns puellae flentis gemitus, illam verbis primo, deinde facto mirabili dignabatur consolari: vultu namque suo inter manus suas devote demisso, precibus obnixis oravit Dominum, et collectis adusti inutilibus reliquiis velaminis, ipsum velamen restituit ejulanti, injunxitque singulis tunc ibidem praesentibus, ne hoc factum tam mirabile cuiquam revelarent. Unde usque in hodiernum diem pannus inter reliquias sancti Mei-

nulfi conservatur lineus, qui peplum supradictum fuisse dicitur, in quo, quamvis sanus et integer, ignis vestigia adhuc patent.

20 Dum tempus, quo Dominus servum suum Meinulfum ad aeternae vitae convivium invitaret, instabat, ipse plenus virtutibus aetateque maturus, tertio Nonas Octobris migravit ad Dominum; spiritu quidem inter angelicos choros assumpto, corpore vero intra ipsam ecclesiam, quam in praefato loco fundaverat, collocato. Sed dum animae recessum a corpore ipsum adhuc corpus feretro supinum inhaereret, prout in scripturis antiquis scriptum reperitur, corpus illud reviviscens, feretro insedendo se erexit, et, apertis oculis, ad circumstantes in haec verba prorupit: « Quia viam universae carnis vobis praesentibus ingressus iterum vitam promerui, » summam Trinitati gratias agit, quoniam vestri causa factum est, et precibus propter Genitricem Dei hoc factum obtinere meruit. » Et iterum: « Non facile mihi videbitur, secundo me, licet non ita ut nuperrime, acerbam gustare mortem: ite, precor, ad episcopum, et quam multis hoc monasterium aedificavi sudoribus, » admonentes, petite, ut, quaecumque hic a congregatione eligatur abbatissa, licet ancilla filia sit, fieri non contradicat, hoc illi dicentes, quia exutus corpore didici, quid de illis fieri oportet, qui pastores ecclesiarum esse videntur. » His itaque dictis, reclusis oculis, se reclinauit in locum, unde se prius erexit r.

D
moritur, re-
viviscit, ad-
stantesque
allocutus,
iterum obit.

* Garnefeldt,
addit post

ANNOTATA.

a Carolus Magnus bellum, quo antiquam Saxonum gentem subegit, ante annum 772, uti inter omnes convenit, aggressus non est, ut omni dubio procul frequentissimus Saxonum, illam Saxoniae Antiquae partem, quae modo Westphalia dicitur, incolentium, ad Carolum Magnum, cum jam ab eo fuissent subacti, concursus cum anno 770 perperam hic componatur. Verum error adeo manifestus, non Gobelino, sed descriptoribus ejus attribuendus. Etenim Suriana editio, non annum 770, sed 777 exhibet, quo revera multa Saxonum milia Paderbornam ad Carolum Magnum venire, susceptoque Baptismo, Christo nomen dedere, ut Annales Francorum Tiltani alique fidelem faciunt; ne autem in Suriana editione unice ex adhibita a Surio correctione annum 777 recte legi, forte autumes, Georgius Garnefeldt hunc etiam annum in aliquo, quod penes se habuit, Gobelinae Sancti Vitae exemplari expressum invenit, uti ipsemet in suis ad hunc Mss., quas penes me habeo, Annotationibus testatur. Adhaec Officium, quod libellus, in Commentario praevio num. 113 laudatus, in natali Sancti festo recitandum proponit, Lectione quarta, S. Meinulpho propria, ingentem, de quo hic, Saxonum ad Carolum Magnum et ad Baptismum concursus eidem anno 777 innotuit, ut hunc adeo, cum Lectiones omnes, in Officio illa Sancto propriae, e Gobelinae ejus Vita sint contextae, istud hujus exemplar, e quo illae sunt desumptae, pariter expresserit. Duo itaque ut minimum, quae pro anno 777 stant, lucubrationis Gobelinae exemplaria modo habemus; quod cum ita sit, est sane, cur credamus, hunc eundem annum in archetypo primitus fuisse, ac proin supra memoratum errorem, qui in Budicense nostrum exemplar irrepsit, non Gobelino, sed descriptoribus ejus attribuendum. Atque hoc idcirco praecipue monstrare

A *monstrare hic libuit, ne quis forte Gobelino, quam scriptori huic attribuunt, Sancti nostri Vitam abjudicet, quod, contra ac Budicense hujus, quod edimus, exemplar facit, Gobelinus anno 777 numerosum, de quo hic, Saxonum ad Carolum Magnum concursum in Cosmodromio Ætate 6, cap. 38 innectat.*

b *De Wilekindo, seu, ut ab aliis scribitur, Wilekindo aut Witekindo, qui contra Carolum Magnum diu arma cum Saxonibus gessit, factusque tandem e gentili Christianus felici fine ad Dominum migravit, in Opere nostro ad 7 Januarii diem, quo cœlitum honoribus colitur, actum jam est, discussumque, an rex, an dux tantum Saxonum fuerit. Et regem quidem proprie non fuisse, ex Beda Historiæ gentis Anglorum lib. v, cap. 44, et ex vetusto (adi ejus verba, Operis nostri tom. I Januarii pag. 381, iterumque tom. II Octobris pag. 180 recitata,) poeta anonymo apparet; neuter enim regem in antiqua Saxonum gente agnoscit. Attamen, cum hæc ut Beda loco cit. etiam docet, insurgente bello, ducem, cui omnes non secus ac regi obtemperarent, missa sorte eligere soletet, Saxonibusque, adversus Carolum Magnum bellantibus, Wilekinds dux præfuerit, certo etiam sensu rex forte non inepte dici potest, reque etiam ipsa a nonnullis, ut Gobelinus hic recte ait, rex vocatur.*

c *Eadem fere Gobelinus etiam habet in Cosmodromio Ætat. 6, cap. 38; verum aut urbi Paderbornensi, aut fluvio, Pader appellato, a quo hæc nominatur, Carolum Magnum indidisse nomen, a vero apparet alienum. Adi Operis nostri tom. V Julii pag. 445 et seq.; e quo loco etiam intelliges, cur Gobelinus supra num. A civitatem, quam ob res, ætate sua ibidem confusas, Babylonem appellat, Paderfontanæ epitheto insigniat.*

d *Cum ex dictis ad lit. a Sancti nostri Vita, qualis vere ab ipso Gobelino scripta est, numerosum Saxonum ad Carolum Magnum et ad baptismum concursum anno 777 illiget, annus tertius, quo post hunc concursum Carolus Magnus parvam ecclesiam Paderbornæ edificasse, hic narratur, in annum 780 secundum Sancti Vitam, quam Gobelinus scripsit, incidit; cui etiam anno istud Caroli factum idem Gobelinus in Cosmodromio Ætat. 6, cap. 38 diserite affigit, sic scribens: Erexit igitur Karolus quamdam ecclesiam in Paderborne, quam commisit episcopo Wirzeburgensi respiciendam, donec de episcopo posset eidem loco tuto providere. Et hæc ecclesia incepta est anno Domini septingentesimo octogesimo.*

e *Quoniam Gobelinus inter factam a Carolo Magno parvæ ecclesiæ Paderbornæ constructionem, quam ex dictis ad lit. præced. anno 780 innectit, et Hathumari ad cathedram Paderbornensem promotionem annos quindecim hic interponit, consecrarium est, ut, Hathumarum anno 795 Paderbornensium creatum fuisse episcopum, existimarit. Atque id quidem tunc factum, in Cosmodromio Ætat. 6, cap. 38 expresse tradit his verbis: Anno Domini 795 Carolus ecclesiæ, quam in Paderborne fundavit, quemdam canonicum ecclesiæ Wirzeburgensis, Hatumarum nomine, de Saxonia ortum, et tempore superiorum bellorum sibi a parentibus obsidem datum, præfecit episcopum; verum de Hathumaro, primo Paderbornensium episcopo, ad 9 Augusti, quo hic, veluti Beatus, colitur, in Opere nostro*

actum jam est, videturque ex iis, quæ ibidem pag. 454, num. 44 et binis seqq. dicta sunt, B. Hathumarus serius, quam anno 795 ad sedem Paderbornensem fuisse erectus.

f *Annus 795, cui ex dictis ad lit. præced. aditi ab Hathumaro episcopatus Paderbornensis initium Gobelinus affigit, annis quatuor auctus ad annum 799 deducit, ut tunc Leonem Papam ad Carolum Magnum Paderbornam accessisse, hic doceat is Sancti nostri biographus, cui etsi quidem (adi ad hunc annum Pagium in Criticis) hæc in re assentiendum sit, dubium tamen est, an anno illo Leo, uti proxime subjungit, episcopalem Paderbornensem sedem, utpote tunc forte nondum erectam, Apostolica auctoritate confirmarit.*

g *Fuisse S. Meinulphi patrem, cum e viris excessit, fide Christiana imbutum, nuspian edicit Sigewardus, nec scio, idne ex probatæ fidei monumentis didicerit Gobelinus, an tantum conjecerit ex eo, quod relicta ejus vidua fidem Christianam fuerit jam tum professæ.*

h *S. Hermagoræ, seu, ut sic scribitur, S. Hermagoræ, Aquileiensium episcopi, Acta in Opus nostrum ad 12 Julii diem, quo is Sanctus Romano hodierno inscribitur, exstant illata; in hisce autem Ulfi, viri apud Aquileienses primarii, filius, quem S. Marcus Evangelista Baptismo a lepra mundavit, non Ullius, uti hic, sed Athulphus, aut, ut alias scribitur, Ataulfus appellatur.*

i *Imposuerit ergo, si Gobelino credere hic velimus, Carolus Magnus Sancto nostro Meinulfi seu Maynulli nomen, habita ratione Ulfi, qui, per S. Marcum a lepra mundatus, fidei Christianæ apud Aquileienses propagandæ plurimum profuerit; verum, cum is, uti ad lit. præced. jam docui, Ullus in S. Hermagoræ Actis non nominetur, Carolus Magnus Sanctum nostrum, non Ulfi Aquileiensis intuitu, sed spe concepta, fore, ut propagandæ apud Saxones fidei auxilium sibi abs illo ferretur, Meinulfum seu Maynullum, id est, meum auxilium, aliove affini modo verosimilius appellavit, nisi forte non Carolus, sed Filio mater Wichtrudis, quod ab eo viduitati suæ auxilium et solatium speraret, id nomen indiderit. Sane tam hæc, quam Carolus, apte id facere potuit, cum mein quidem meum, ulf vero seu ulph aut etiam hulph eo modo, quo nunc hullf, auxilium apud antiquos Saxones et Teutones significavit. Henricus Pantaleon de illustribus Germaniæ Viris part. II ait, S. Meinulphum fuisse primo Ullfiossum appellatum, cumque Carolo Magno, cui in amoribus erat, semper adesset, hinc princeps illum compellendo dicere soletet, Mein Ulph, Mein Ulphi adsis, factum tandem esse, ut is Meinulphus fuerit vocatus. Verum, cum Sanctum Carolo Magno tam frequenter, quam Pantaleon putavit, adhæsisse, ex iis, quæ in Commentario prævio disputata sunt, non appareat, non est, cur scriptorem illum, qui præterea nimis recens est, multum hic moremur.*

k *Duplicem errorem chronologicum hic committit Gobelinus; cum enim Paderbornensem Hathumari sedem, cujus initium ex dictis ad lit. e anno 795 illigat, octo dumtaxat annis definiat, consecrarium est, ut Hathumari obitum, quem post hosce octo annos contigisse ait, in annum 803 aut sequentem conjiciat. Adhæc cum Baduradi, quem in sedem Paderbornensem non diu ab Hathumari obitu susceptum docet, anno octavo S. Ludgerum, seu, ut scribit, Lutgerum, primum*

AUCTORE.
GOBELINO
PERSONA.

E

F

Mi-

AUCTORE
GOBELINO.
PERSONA.

Mimigardefordensium seu Monasteriensium episcopum obtinisse, hic scribat, consequens est, ut secundum illum sanctus hic antistes anno circiter 812 e vivis abierit. Verum Alfridus, aequalis aut certe coævus S. Ludgeri biographus, tempus Sancti hujus emortuale cum anno 809 diserte componit. Verba, quibus id in Actis, in Opus nostrum ad 26 Martii, S. Ludgero sacrum, illatis, facit, hæc sunt: Defunctus est itaque (S. Ludgerus scilicet) anno Dominicæ Incarnationis octingentesimo nono, septima Kalendas Aprilis, et tricesimo secundo die sancti sui obitus, hoc est, 7 Kalendas Maii mirifice fragrans in loco præfato sepultus est; quod vero ad tempus S. Hathumari emortuale jam pertinet, esse hoc ut minimum in annum usque 815 differendum, ex his, quæ eam in rem apud nos tom. II Augusti pag. 452 et seq. disputata sunt, quisque intelliget. Est ergo hic in anno emortuali, tam Ludgeri, quam Hathumari assignando erroneus Gobelini calculus, huncque, unde vere Gobelini esse, clarius patescit, in Cosmodromio Ætat. 6, cap. 40 etiam sequitur. Porro hic scriptor perperam etiam, ut apparet, tempus sedis Baduradi annis octo supra quadraginta circumscribit; Baduradus enim ante annum 815, utpote quo ejus decessor Hathumarus in vivis adhuc fuerit superstes, Paderbornensium episcopus factus non est, annoque 859, ut Schatenus ad hunc annum in Annal. Paderborn., Georgius Eckhardus Rerum Francicarum lib. xxxi, num. 53, et Annales Corbeienses, a Paulino editi, notant, excessit e vivis ut ad summum annis dumtaxat 45 sederit.

l Adi hac de re ad annum 815 in Annal. Paderborn. Schatenum.

m An hoc veritati consonet, in Comm. præv. § 3 discussi.

n Fratres, quibus Baduradus Sanctum commendavit seu potius (vide Sigewardum num. 9 et 10) adscripsit, erant canonici, ad Regulam, in concilio Aquisgranensi anno 816 canonicis præscriptam, in communi Paderbornæ viventes, quorum ades, non secus ac monachorum, monasteria dicebantur. Ad Commentarium prævium § 3, ubi etiam invenies, canonicos illos, contra ac hic velle videtur Gobelinus, Regulares non fuisse, quales modo sunt, qui Regulares S. Augustini canonici vocantur, etsi interim sano sensu Regulares etiam dici potuerunt.

o Sanctum a secretis Badurado fuisse, non magis apparet certum, quam archidiaconi Paderbornensis munus obtinisse; quod an unquam obierit, admodum esse dubium, in Comment. præv. § 4 ostendi.

p Baduradus Beati titulo insignitur in episcoporum Paderbornensium Catalogo, sub sæculi præteriti finem edito, legitimusque ejus ac immemorabilis cultus iisdem fere argumentis, quibus hic Hathumaro, proximo Baduradi in sede Paderbornensi decessori, tom. II Augusti pag. 448 et seq. apud nos asseritur, sufficienter stabiliri potest, uti vel ex ipsis textibus, qui ibidem e Paderbornensibus Schateni Annalibus pro Hathumari cultu afferuntur, manifestum apparet. Hinc non nemo forte mirabitur, cur, quemadmodum in Opere nostro de B. Hathumaro ad 9 Augusti diem, quo hic Necrologio Abdinghoviense inscribitur, actum jam est, ita pariter de Badurado ad 17 Septembris, quo præsulis hujus nomen, teste in Annal. Paderborn. pag. 149 Schateni, in Necrologio Herisiensi et Abdinghoviense signatur,

actum non sit. Verum, etsi etiam (adi ad annum 815 et ad annum 858 in Annal. Paderbor. Schatenum) ut Hathumari, ita quoque Baduradi ossa fuerint et ab Inado Paderbornensi episcopo anno 1068 elevata, et a Ferdinando, Paderbornensi itidem episcopo, pristinae venerationi anno 1666 restituta, Hathumarus communis, quam Baduradus pro Beato habetur.

q Ita fere Matthæus et Lucas. Adi jam Annotata ad Sigewardum.

r Fuit is Baduradus. Videsis Comm. prævii num. 70.

s Princeps, a quo Meinulphus condendi monasterii facultatem petiit, fuit vere, ut hic Gobelinus docet, Ludovicus Pius imperator. Adi Commentarii prævii § 5, ubi etiam ostendi, canonicas, in concilio Aquisgranensi anno 816 institutas, nec nomine, nec re, quales modo plures inveniuntur, canonicas seculares fuisse. Nec obstat, quod paulo aliter senserit Gobelinus; præterquam enim quod Comment. prævii loco proxime cit. confutata sit ejus opinio, non sat sibi in re constare videtur hic scriptor, utpote a Sancto Budicense canobium pro canonicis secularibus, hic et Cosmodromii Ætat. 6, cap. 41 ait, fuisse extractum, num. 48 hic scribens, canonicasque nihilominus, pro quibus illud Sanctus extruxit seu fundavit, canonicas Regulares, quales tamen (adi Comment. loco proxime cit.) etiam non fuerunt, in Cosmodromio Ætat. 6, cap. 40 appellans.

t Quid de visione hac, de Sacris Sanctorum reliquiis dieiunctis Meinulpho oblatis, itemque de visione ter repetita supraque hic narrata, qua locum ædificando monasterio prodigiose is didicerit, censendum apparet, in Comment. prævii num. 66 et binis seqq. editi.

u In apographo Garnefeldiano additur, de quo plenius infra suo loco dicitur; verum cum de Budicensi vel vico vel monasterio horumque locorum nomenclatione plura infra non dicat Gobelinus, verba illa redundare videntur.

x Miraculi hujus non meminit Sigewardus, dubiumque vel idcirco apparet, an veritati consonet. Adi Comm. prævii num. 90.

CAPUT II.

Miracula post obitum, corporis de terra levatio.

Sepulto beati Meinulphi corpore, multi ad sepulcrum ejus, alii fama miraculorum præteritorum, alii sub spe futurorum excitati confluebant, famule vero Dei sepulcrum illud ob reverentiam linteo cooperuerunt, et unam ex se singulariter Deo devotam ad ipsius et luminarium ejus custodiam deputarunt, quæ, quadam vice sopore depressa, lumen cereum in modum circuli retortum, ipsi linteo sine medio superpositum reliquit inextinctum. Et soluta somno, lumen ardens se super pannum sepulcri reliquisse, recordatur; unde vehementer animo conturbata festine cucurrit ad sepulcrum. Et, dum oculos in locum, quo lumen reliquerat, subito direxit, favillis inventis, lumen ipsum, panno prorsus illæso, sui ipsius ardore consumptum esse, conspexit. Unde magnificabant omnes

Pannum ab igne servat illæsum.

A omnes Dominum, qui per ignem sancti Viri merita post mortem ejus, sicut eo vivente *a*, iterato notificavit.

famulum olim suum, semel, iterum
b
 22 Non longe post transitum suum ab hoc mundo Vir sanctus cuidam suo cubiculario in somni visione apparuit *b*, admonens eum, ut mundo et pompis ejus renuntiare non postpineret, et ad militiam Regis æterni se transferret. Ille, visionem illam illusionem reputans, se minime emendare curavit. Sed Sanctus, illius infirmitati condescendens, eum, ut prius, apparitione secundaria admonere dignatus est.

ac tertio ei apparens,
 23 Et cum nec sic quicquam emendationis vitæ suæ assumeret, tertio Vir sanctus ei apparens, ipsum his verbis alloquitur: « Nescis, » miser, nescis, quam crudelis captor tuæ carptivæ præsidet menti, qui te et mittenti Christo et mihi ab eo misso cogit reluctari. » Certe cum male vivendo desiperes, nec desipere sponte desisteres, monuit te revelatio divina, ut sic saltem admonitus respiscere possis. Tu autem, stulte, perniciosè illuderis, qui revelationem veram fantasticam putas esse illusionem. Nulli enim credentium dubium est, quin illa visio sit expers illusionis, quæ invitatrix est Christianæ religionis, quam que si a quolibet vigilans audivisses, negligere nequaquam debuisses. Nunc ergo, cum te verba non corrigunt, jam vertenda sunt in opera verba. Nam visionem divinam, quam te intelligere dissimulas, expeditione plenissima te intelligere faciam, quæ animum tuum dubio exuat omni. »

ad vitæ statusque mutationem inducit,
 24 Vir igitur excussus e somno mentum faciei suæ sensit barba viduatam, barbamque divulsam cominus, dum hinc inde palpitavit, invenit. Hinc somnus ab oculis ejus omnis aufugit, mentemque ejus cum pudore dolor oppressit. Surgens igitur ad ecclesiam se contulit, sanctum Meinullum suppliciter invocando postulavit, ut sibi suis precibus apud Deum misericordiam impetraret. Et, ecce, dum presbyter Officii matutinalis exordiretur initium, dicens: « Domine labia mea aperies, » iste vir, qui litteras non didicit, subito respondit. « Et os meum annuntiabit laudem tuam. » Unde tanto obstupefactus miraculo, per evulsionem barbæ suæ clericatus tonsuram sibi fuisse designatam, arbitrans, ad militiam clericalem se contulit, et vitam suam emendatam in bonis operibus et salubri fine finivit *c*.

cumque postea, dissilente sepucrali ejus lapide,
d
e
f
g
 25 Post obitum beati Meinulphi circiter annos quinquaginta, dum Arnulphus Romanorum et Francorum *d* regis agebat in sceptris, qui anno Domini octingentesimo nonagesimo septimo Romanum suscepit imperium *e*, quarto episcopo, Biso nomine, regente Paderburnensem ecclesiam *f*, quinto decimo Kalendas mensis Februarii, diacono in ecclesia Bodecensis Evangelium recitante, lapis, sepulchro sancti Meinulphi superpositus, ad instar crucis divisus innotuit, presentibusque cunctis validum stuporem incussit *g*. Cumque omnes accurrerent, unde ille sonus tam fortis esset exortus, volentes inquirere, nil aliud quam lapidis fracturam discernere valuerunt. Prosequente vero presbytero Missæ Officium, dum canonis immoraretur misterii, idem lapis in partes innumerabiles est dissipatus, et terra, in superficie resoluta sepulchri, deorsum se deprensens loculum beati Viri libere spectandum præbuit.

26 Præterea cum scissura petræ casuque terræ tanta suavissimi odoris exorta est jucunditas, ut non vana fides sit, ibi adfuisse omnis suavitatis Auctorem. Contendentibus igitur cunctis, quid hoc signum portenderet, ad episcopum res ipsa deducitur, qui, singulis examinatis circumstantiis, sepulchri fracturam redintegratum iri præcepit. Sepulchrum ex episcopi edicto reparatur, et iterum paulo post divina ordinatione dissipatur, quod cum compertum foret episcopo, ille superius dictum reiteravit, cujus edicto populus obtemperans, sepulchrum reparavit.

27 Eodem igitur tempore quidam presbyter Meynhardus ecclesiam parochialem et ruralem in villa Attelen Paderbornensis diocesis, non longe a villa Bodeken constitutam, rexit, cui sanctus Meinulfus in visione apparuit, eumque, ut, præsentia captata episcopi, ipsum super transgressione divinæ admonitionis circa sepulchrum sui facta incusaret, admonuit. Sed presbyter vir simplex, timorem episcopi admonitioni præponens visionis, episcopum non adit. Quare Vir Dei, secundo ei apparens, ipsum, ut prius, admonuit; presbyterum autem, ut prius, timor prohibuit, tandem et tertio ei apparuit, comminans ei oculorum cæcitatem, quam nunquam evaderet, nisi prius legationis officium ad episcopum adimpleret.

28 Presbyter ipse solutus a somno tulit ægre, quod ei imago somniorum mentita non sit, et, apertis oculis, sensit se penitus non videre. Quapropter, petito baculo et ductore itineris assumpto, iter arripuit, et ad præsentiam veniens episcopi, omnia, quæ sibi acciderant, enarravit. Quibus auditis, episcopus, ipse sibi metuens, subito versus Bodeken una cum presbytero se transferens, sancti Viri sepulchrum adiit, et corpus ejus de sepulchro transtulit, ipsumque in archa decenti conditum in ipsa ecclesia, quam ipse Sanctus condiderat, reverenter collocavit. Et statim Meinhardo presbytero adempta oculorum sanitas rediit, prout ipsius Sancti oraculo fuerat sibi ante promissum *h*.

29 Aquam igitur, qua pontificis jussione sacrae lotæ sunt reliquiæ, in bonam spem sibi reservabant famulæ Dei; unde quædam mulier paralytica, longo tempore membrorum officio destituta, beati Viri miraculis, fama deferente, cognitis, ad ecclesiam Bodecensem perducta, ipsius humiliter petivit suffragia, quam famulæ Dei, perunctam hac aqua salutari, per merita beati Meinulphi Christo commendabant. Et mulier domum reversa infra paucos dies ab illa attritione corporis convaluit, ad tantamque refluavit valetudinem, ut nec aliquod infirmitatis signum in ea remaneret.

30 Alia quædam mulier cancri morbo laborabat, cujus jam eodem morbo dextra mamma fuerat absumpta, adeoque vis illius in ea prævaluit, ut costæ ejus carnibus denudatæ viderentur. Hæc mulier lumen cereum, ad mensuram circuitus sui vulneris factum, ad ecclesiam in Bodeken magna cum devotione veniens ante sacras reliquias obtulit, et in multis lacrymis beati Viri meritis se recommendans, domum repedavit. Mox sequenti die superficies vulneris nova cepit obduci pellicula, et sic infra septem dies carnis augeri cepit restitutio, quod omni cessante doloris angustia ad statum pristinum mammilla mulieris est reducta.

31 Aliud etiam factum miraculosum non quidem

AUCTOR
 GOBELINO
 PERSONA.
 suavissimum
 e sepulchro
 odorem exhalasset,

aliudque adhuc patrasse miraculum,

de tumulo levatur,

h
 ejusque patrocinio mulier paralytica,

F
 et alia, cancri afflicta, sanatur.

AUCTORE.
GOBELINO
PERSONA.
Nola, cum
monialis Budicæ esset mo-
ritura, soni-
tum sponte
edens;

dem scripturis supradictis, sed veterum relatione ad nos usque deductum in præfato Monasterio dicitur continuè suo tempore contigisse. Nola quædam bene sonora in ipso Monasterio tanta reverentia conservatur, ut laicæ personæ non liceat, teste panno, quo circum amicta traditur, illam nuda manu tangere. Quæ quoties aliqua de ipsius monasterii monialibus fuerat in brevi decessura, sonum per se absque humano ministerio solebat reddere fortem. Quod non solum clerici et canonissæ illius monasterii, verum etiam personæ laicæ sexus utriusque Parrochiæ illius sibi constare verum esse dixerunt et dicunt, illud, quod scriptum est, « Au- » ribus nostris audivimus, et patres nostri annuntiaverunt nobis *h.* » constanter allegando. Hanc nolam inter reliquias sancti Meinulli, dum de sepulcro transferrentur, inventam, omnes asseverant. Sed quia de causa illa, quare cum funere suo fuerit tradita sepulturæ, se fatentur ignorare, non tamen absque certo mysterio omnes hoc factum fuisse, arbitrantur.

unde factum,
ut in Sancti
sepulcro fuerit inventa.

32 Super quo dum imaginabar attentius, menti meæ se talis ingressit ratio: Quod ex quo sanctus Meinulfus diaconi fungebatur officio, ad quod tunc forsân in elevatione Sacramenti, dum Missa Conventualis peragebatur, nolam hanc pulsare spectabat, prout adhuc in nonnullis conventualibus, et collegiatis ecclesiis hoc ad diaconum vel subdiaconum spectare dignoscitur, visum est illis, qui corpus ejus sepulcro condiderant, quod nola suo appropriata officio digna foret recondda secum sepulcro, prout adhuc moris est, ab antiquissimis etiam introductum temporibus, certas personas cum sui status insignibus tradi sepulturæ. Quemadmodum episcopus cum mitra et baculo, presbyter cum patena et calice, de more tumulantur. Hoc signum nolæ supradictum usque ad ultima completæ desolationis ipsius monasterii tempora non cessavit. Multi quidam adhuc sunt superstites, et quam plures nostris temporibus decesserunt, qui sonitum hujus nolæ, quoties aliqua de collegio inde etiam non solum per mortem temporalem, sed etiam civilem in proximo transmigratura fuerat, se testati sunt audivisse.

et quandonam
prodigium
illud adhuc
fecerit.

35 Etenim mulier quædam ibidem adhuc perseverat, quæ dum die quadam, panibus quos in ecclesia deposuerat, acceptis, ad egrediendum ecclesiam se divertit, nola supradicta sonante fortiter, tanto fuerat timore percussa, ut, subito dimissis in terram panibus, limen januæ, per quam intraverat, veloci cursu transiret. Præterea dum super translatione status illius monasterii Ijam tractatus fuerant inchoati, illius nolæ sonitus a multis auditus est; unde Abbatisa, ibidem adhuc sola de collegio degens in miseria, se in brevi morituram vehementer expavit, et hinc inde discurrens, mente stupida singulis his verbis aiebat. « Numquid tu audisti sonitum campanulæ? » Et cum omnes, qui audierant, se audivisse referebant, ipsa de sua vita desperavit. Demum vario sic agitata mentis cruciatu, tractatibus de sua translatione jam habitis reductis ad memoriam, seipsam et alios præsumpsit consolari: verumtamen sic ipsa terrore percussa in translatione sui multo facilius postea consensit, hac in corde suo præsumptione suscepta, quod, si loco cederet, sui translationem ab hac vita temporali per tempora longiora differret.

ANNOTATA.

a Dum scilicet combustum sanctimonialis velamen seu peplum in vivis adhuc superstes redintegavit. *Adi num. 19.*

b Quod si hanc apparitionem non diu post Sancti transitum seu obitum accidisse, recte hic notet Gobelinus, lapidis sepulchralis, sponte sua in templo Budicensi dissidentis, miraculum, quod Meinulphi de terra levationem eriguo dumtaxat tempore præcessit, citius indubie, quam anno circiter, contra ac infra num. 25 docet, quinquagesimo, imo vero quam decimo post ejusdem Sancti nostri obitum acciderit. Sigewardus enim, quod standum, in *Comment. prævio docui, insigne illud prodigium non diu post apparitionem, cui Sancti mortem brevi solummodo tempore prævisse, hic scribit Gobelinus, Budicæ factum esse, num. 34 tradit. At vero, cum Sancti, qui anno circiter 857 obiit, de terra levationem, etsi quidem non annis circiter quinquaginta, ut Gobelinus vult, annis saltem septem circiter supra viginti post ejus obitum evenisse, ex iis, quæ de solemnitate hujus epocha in *Comment. prævio § 6 disputata sunt, appareat, Gobelinus apparitionem, de qua hic agit, non longe post Sancti transitum seu obitum contigisse perperam hic scribit, nisi forte ab hoc biographo nostro, qui annis amplius sexcentis post Sancti obitum scribebat, harum vocum non longe post significatio ad annos circiter viginti quinque potuerit extendi.**

c Vide huc facientia in 2 Sigewardi cap. ad lit. c jam notata.

d Orientalium videlicet, seu Austrasiarum aut, si mavis, Lotharingorum.

e Arnulphus, non anno 897, uti hic notat Gobelinus, sed anno 896 Romanorum imperator fuit creatus, uti in *Comment. prævio num. 86 ex Pagio jam monui.*

f Biso ad cathedram Paderbonensem anno 886 aut sequenti fuit erectus, annoque 908 vita functus est, uti ad hunc annum et ad 887 in *Annal. Paderborn. docet Schatenus, Vide etiam Comm. prævium num. 93.*

g Pro anno, quo circiter hoc miraculum contigerit, ad pariter *Comment. prævium num. 93; quod autem ad 18, quo id factum fuerit, Januarii diem pertinet, solus hunc assignat Gobelinus, qui, cum notas chronicas adulterinas alibi subinde adhibeat, nescio, an hic genuinam usurpet.*

h Videtis, quæ de hoc aliisque miraculis, Sancti de terra levationem aut comitatus aut proximè prægressis, in *Comment. prævio num. 91 et seq. edixi.*

i De nota S. Meinulphi dicta, de velo seu peplum, dalmatica et cruce argentea, quæ, etsi corporis Sancti partes non sint, inter sacras tamen ejus reliquias religiose Budicæ asservari olim solvere, atque hodie ex parte asservantur, consule *Comm. prævium num. 118. Hæc porro Sancti lipsanis alia adhuc ejusdem generis Joannes Probus in Chronico Budicensi pag. 3 adjungit, videlicet sanctissimæ Virginis Mariæ imaginem argenteam, calicem, quem S. Meinulphus, cum in suo diaconi officio ad Missam ministraret, altari imponere soluerit, et codicem Evangeliorum, quem una cum dalmatica, S. Meinulphi dicta, pertulisset, in Notitiis Mss., penes me exstantibus, docet Gamansius.*

k Ita

A k Ita fere Psalm. 43, v. 1.

1 Ad canonicos Regulares scilicet, quæ quidem quo anno facta sit, in Comment. prævio § 7 explorari; quo vero cum religionis canonicorumque

Regularium incremento, in suis ad Sigewardinam Sancti Vitæ Observationibus pag. 421 et seq. docet Overhamus, sæpissime in Commentario laudatus.

AUCTORE
GOBELINO
PERSONA.

DE S. FELICULA VIRGINE

IN TERRITORIO AUTISSIODORENSI IN GALLIA.

SYLLOGE.

C. B.

VEROSIMILITER
ANTE SÆCUL. X.
Sanctæ cuius
nulla Acta
exstant, cultu
ecclesiastico,

Quod in Sanctis, in Opus nostrum inferendis, subinde accidit, ut de his præter ecclesiasticum, quo gaudent, cultum vix quidquam exploratum habeatur, id maxime hodie in S. Felicula locum tenet. Acta enim hujus sanctæ Virginis, quam cultu ecclesiastico a tempore immemorabili esse gavisam, hodieque gaudere in diocesi Autissiodorensi, ex antiquis hujus hodiernisque Brevariis constat, litteris consignata non exstant, nec quæ qualisve fuerit, aut quo definito sæculo floruerit, ulla docent, quæ noverim, monumenta antiqua. Joannes Le-Beuf, ecclesiæ cathedralis Autissiodorensis canonicus et succentor, editis, quæ ad civitatis Autissiodorensis historiam tum ecclesiasticam, tum civilem spectant, Monumentis, atque, quæ capiti ab Hugonotis seu Calvinistis, deindeque, hisce pulsus, in libertatem asserti Autissiodori historiam complexus est, Lucubratione in publica litteraria notus, qui et ipse de S. Felicula alia, quam quæ ad ejus cultum pertinent, monumenta non invenit, varias de hoc tum in laudata sua de capto ac dein in libertatem asserto Autissiodoro Lucubratione, tum in diversis, quas ad Majores nostros dedit, litteris Notitias suppeditat. Hasce ego omnes, quod pleraque, quæ de Sancta nostra probatoris fidei videntur, comprehendant, eo ordine, quo datæ sunt, e lingua Gallica in Latinam conversas huc transcribo, additis etiam nonnullis, prout conducere arbitrabor, ad calcem Observationibus, quibus et Notitias illas illustrem et quæ ex iisdem consecraria sint atque ad Sanctam utcumque spectent, studiosum lectorem edoceam.

de quo sacrissimæ
que ejus reliquis
missæ

2 Anno 1721, cum de novo condendo Calendario, cultuque S. Feliculae, aliquamdiu tum intermisso, in ecclesia Autissiodorensi restituendo Autissiodori ageretur, in epistola, ad Majores nostros 25 Aprilis data, laudatus Autissiodorensis canonicus ac succentor sic scribit: Datur S. Felicula, 1 Augusti (olim nimirum Autissiodori ex dicendis) culta ejus memoriam restituimus, quod Sanctam indigenam putemus, cujus reliquiæ partim sunt aut fuerunt Giemi, diocesis Autissiodorensis oppido, partim in diocesi Bituricensi Valeriaci ad Ligerim. Patrona est Giemi, sed a sæculo 13 cum martyre Romana homonyma confunditur. Ita ille, mox etiam subdens, quibus sese dubitare, edoceri velle innuit, an Felicula, quam Autissiodori cultam olim fuisse, dixerat, ea ipsa non sit, quæ ad 1 Augusti diem in editionis Lubeco-Coloniensis et Greveni Usuardo memoratur. Verum hanc dubitationem, documentis, nescio quibus, edoctus, post deposuisse videtur. Ita laudata sua, quam post

anni 1721 vigesimam quintam Aprilis diem elidit, de capto liberaloque Autissiodoro Lucubratione arbitrari me facit. In hac enim, alteram simul jam nunc hic dandam Notitiam subministrans, pag. 259 et seq. in locum, quo a Calvinistis, sacra omnia ac profana Giemi anno 1567 vastantibus, S. Feliculae religiose ibidem assertas reliquias impie fuisse dissipatas, docet, ita observat: Reliquiæ illæ (S. Feliculae scilicet) erant (Giemi nimirum) in collegiata S. Stephani ecclesia. Erant illæ ipsæ, quas Gilo, Giemi olim vicinorumque locorum dynasta, abstulerat e S. Brictionis castro, quo detectas atque e monumento lapideo, quod prope Brivodurum ad Orientalem fluvii Ligeris ripam esse norat, extractas sacerdos quidam detulerat. Omnino etiam verosimile apparet, dynastæ hujus liberalitate factum esse, ut Valeriacense in ducatu Bituricensi capitulum notabili ejusdem Sanctæ reliquiarum parte quondam fuerit ditatum. In libro, quem ibidem post Primam legunt, in collegiatam hanc ecclesiam multum beneficis fuisse inventur. Solemnitas, qua Giemi receptæ fuere sanctæ Feliculae reliquiæ, 5 Octobris ibidem celebratur; verum a tribus quatuorve sæculis hæc Sancta cum Magna Felicula Romana, cujus reliquiæ ex Italia numquam sunt egressæ, confunditur. Felicula Giemensis et Valeriacensis capitulorum, quæ invicem satis sunt vicina, verosimiliter illa est, cujus memoria a quingentis annis ut minimum ad 1 Augusti diem cum solo Virginis titulo in diocesi Autissiodorensis Kalendaris est signata. Fodem die in aliquot Usuardi exemplaribus sub Faniculae aut Facinulae, simpliciter Virginis, nomine inventur, loco, quo colatur, non designato.

3 Quibus ultimis ex verbis, utpote nulla dubitandi particula affectis, consequens est, ut, cum hæc scriberet, laudatus Autissiodorensis canonicus non amplius, uti ante fecerat, dubitaret, an S. Felicula sit ea ipsa, quæ ad 1 Augusti diem sub solo Facinulae nomine in editionis Lubeco-Coloniensis et Greveni Usuardo memoratur. Atque hæc de re eum post annum 1721, quo priorem supra huc jam transcriptam Notitiam dedit, non dubitasse, satis etiam apparet ex Notitia altera, quam anno 1726, cum capti liberalique Autissiodori Historiam jam vulgasset, in epistola, ad Solle-rium nostrum data, suggestit his verbis: Quod si novum nostrum (anno scilicet 1725 excusum) Kalendarium accepisti, in eo haud dubie ad quintam Octobris inveneris, S. Feliculae obitum cum 1 Augusti die componi. Re vera ejus memoria ad hunc diem fuit in omnibus nostris Kalendaris a tempore immemorabili signata, id est, retrogradiendo ad sæculum fere duode-
mum.

ad Majores
nostros Notitiae